

... pij et ... ... m...
... calendarij ...
... intitulatur (?) ... Nicolai Cardinal... ... patri
... Kalendarii fo. ...
... fo. 38
... al fo. 48
Con[tra] errores hussitarum hereticorum fo. 67
Pater noster in vulgari fo. 81
De adventu capitis sancti Andree apostoli fo. 99
... pij pape 2[i] ... Turcos missa ... fo. 111

N. Inv. 682

Dialogus de ludo globi
Reparatio Calendarii Nicolai Cardinalis
Tractatus contra errores Hussitarum
Pater noster in vulgari
De adventu Sancti Andree Apli
Pii Papae Epla ad Turcum missa

De Globo 5214

Mgri michaelis wratisl Dnum



Dialogus de ludo Globi Interloquutores Nicolaus Cardinalis tt. sancti Petri ad vincula et Johannes Dux Baioarie

Cum te videam ad sedem retractum: forte fatigatum ex
ludo globi. tecum. si gratum viderem: de hoc ludo con-
ferrem Cardinalis Gratissimum Johannes Admiran-
tur omnes hunc novum iocundumque ludum. forte quia
in ipso est alicuius alte speculationis figuratio. quam rogamus expla-
nari Cardinalis Non male movemini. habent enim aliqui scientie
instrumenta. et ludos. Arithmetica. rithimaciam. Musica. Monocordum
Nec ludus scacorum caret misterio moralium Nullum enim puto honestum
ludum penitus disciplina vacuum. Hoc vero tam iocundum globi exerci-
tium nobis non parvam puto representare philosophiam. Johannes Aliquid igitur
rogamus: dicito Cardinalis Timeo subintrare laborem: quem magnum
video. et prius longa meditatione depurandum Johannes Non multa
profundari petimus. sed paucis nobis satisfacies Cardinalis Iuventus quidem
avida et fervens. cito tamen saciatur. faciam igitur et seminabo in nobilibus
mentibus vestris aliqua scientiarum semina que si intra vos receperitis.
et custodieritis: magne discretionis circa huiusmodi desideratissimam
notitiam lucis fructum generabunt Primum igitur attente considerabis
Globum. et eius motum ad terminum productum. quoniam ex intelligentia
procedunt. Nulla enim bestia globum. et eius motum ad terminum
producit Hec igitur opera hominis ex virtute superante. cetera mundi
huius animalia. fieri videtis Johannes Utique sic esse scimus. ut dicis. Cardinalis
Sed cur globus arte tornatili recepit illam medietatis sphere figuram:
aliquantulum concavam. vos ignorare puto Non enim faceret motum
quem videtis: elicum. seu spiralem. aut curve involutum: nisi
talem teneret figuram pars enim globi que est perfectus circulus:
in rectum moveretur: nisi pars ponderosior et corpulenta motum
illum retardaret retraheretque: Ex qua diversitate figura motus est apta
qui nec est penitus rectus. nec penitus curvus. uti est in circuli
circumferentia. ab eius centro eque distante. Unde primo tuum globi
attendite in quo videtis superficiem convexam medietatis maioris sphere
Et superficiem concavam medietatis minoris sphere Et inter illas.

corpus globi contineri / At quod globus infinitis modis / secundum variam habitudinem dictarum superficierum potest variari Et semper ad alium et alium motum adaptari Iohannes Sane hec capimus. Sciunt enim si armilla posset esse circulus. sine omni latitudine circumferentie. et volveretur super equali. plana superficie: puta super glaciem: ipsa non nisi rectam lineam scriberet. Ideo quum sit ad armillam globosam undique additam corpulentiam: ideo recta linea non describiter: sed curva. varia curvitate: secundum varium globum Cardinalis Recte. sed oportet etiam considerare lineas descriptionis motus unius et eiusdem globi. variari. et numquam eandem describi. sive per eundem aut alium, impellatur. quia semper varie impellitur, et in maiori impulsu descripta linea, videtur rectior. Et secundum minorem curvior, quae in principio motus quando impulsus est recentior: linea motus sunt rectiores. quam quando motus tepescit Non enim impellitur globus nisi ad rectum motum. Unde in maiori impulsu globus a sua natura magis violentatur: ut contra naturam etiam quantum fieri potest: recte moveatur: In minore vero impulsu violentatur ad motum: et naturalis minus violentatur Sed aptitudinem naturalem forme sue, motus sequitur Iohannes Hec clare sic esse: experimur. Numquam enim globus movetur una vice. sicut alia: et alia impulsione, aut vario medio hoc evenire Cardinalis Dum quis Globum proijcit: nec una vice sicut alia ipsum in manu tenet. aut emittit: aut in plano ponit: aut equali virtute pellit. nichil enim bis equaliter fieri possibile est Implicat enim contradictionem esse duo, Et per omnia equalia sine omni differentia: Quomodo enim plura possent esse plura: sine differentia. Unde. quis peritior semper nitatur eodem modo se habere. non est tamen hoc precise possibile. licet differentia non semper videatur. Iohannes Multa sunt que varietatem inducunt. etiam pavimenti diversitas, et lapillorum interceptio. cursum impedimentum. Et sepe suffocatum Atque Globi fetulentia Immo fissura superveniens et talia multa Cardinalis Hec omnia considerare utile est ut deveniamus ex istis ad speculationem philosophicam: quam venari proponimus. Debet enim motus aliquando / subito cadente Globo: super planam suam superficiem Impeditur ob medij Globi.

atque circumstantiis variationem naturaliter desinit: dum
super polo seu medio curve superficiei successive in ipso motus
minuitur: Hec et multa alia puto subtiliter annotanda
propter similitudinem artis et nature: Ars enim naturam imitatur:
ab his que in arte subtiliter reperimus ad nature vires acce
dimus Iohannes Quid intendis dicere per circumstantiis
variationem: Cardinalis Celi stellarum et aeris atque temporis
mutationem: Hec omnia immutata immutant illa que circum
stant et continent Iohannes Aiebas Globum semisphericam habere
superficiem: Posset ne habere minorem: aut maiorem sine
integre sphere rotunditatem Cardinalis Globum posse habere superficiem
maiorem aut minorem aut integre sphere non nego: si de visi
bili figura seu rotunditate loquimur. que nequaquam est vera aut
perfecta. Nam rotunditas que rotundior esse non potest nequaquam
est visibilis Cum enim superficies a centro sphere undique eque
distet: extremitas rotundi in indivisibili puncto terminata manet
penitus nostris oculis indivisibilis: Nichil enim nisi divisibile et
quantum: a nobis videtur. Iohannes Ultima igitur mundi spherica
rotunditas quam puto perfectissimam: nequaquam est visibilis: Cardinalis
Nequaquam. Immo nec divisibilis mundi rotunditas: cum in puncto
constat indivisibili: et immultiplicabili: Non enim rotunditas
ex punctis potest esse composita. Punctus enim cum sit indivisibilis
et non habeat: aut quantitatem aut partes: sive ante et retro
et alias differentias cum nullo alio puncto est componibilis Ex punc
tis igitur nichil componitur Punctum enim puncto addere: perinde
resultat ac si nichil nichilo iungas. Non est igitur extremitas
mundi ex punctis composita. Sed eius extremitas est rotunditas: que
que undique est eque distans a centro Et non possint esse plures
linee prorsus equales erit una tantum eque distans rotunditatis
altitudo. que in puncto terminatur Iohannes Mira dicis. Nam
intelligo has omnes varias visibiles formas in mundo inclu
sas esse Et tamen si possibile foret que extra mundum
constitui viderer foret illi invisibilis ad instar indivisibilis

in puncto consistit Nam cum una sit aliquo rotunditas

puncti Cardinalis Optime recepisti. et sic concipis mundum quo nulla
quantitas maior: in puncto, quo nihil minus: contineri. et centrum
atque circumferentiam eius non posse videri Nec esse plura diversa
puncta, cum punctus non sit plurificabilis In pluribus enim atomis. non
est nisi unus et idem punctus Sicut in pluribus albis una albedo
Unde linea est puncti evolutio Evolvere vero. est puncti ipsum
explicare Quod nichil aliud est quam punctum in atomis pluribus,
ita quod in singulis coniunctis, et continuatis: esse. Iohannes Nonne
sic extremitas anguli. cum sit punctus. est invisibilis Cardinalis Immo.
Et si angulus non esset nisi extremitas: sicut et rotunditas rotundi
extremitas: certum est totum angulum non esse visibilem Iohannes Intel
ligo. et ita est: ut ais. Ideo nec summum nec imum rotundi
videri potest cum sit idem atomus. Quicquid autem in sphera
vel rotundo est: est summum et imum. Ideo nec rotunditas. nec
aliqua pars eius videri potest Non tamen dico: quod res rotunda
videri nequeat. Sed ipsa rotunditas rei. est invisibilis. Nec .
secundum veram rotunditatem quicumque est visibile. Quare: quum
visus indicat aliquid esse rotundum: in eo non est vera rotun
ditas. hoc quidem michi videtur te dicere velle. scilicet iudicium
visus de rotundo verum non esse Cardinalis Hec dicere intendo
Nichil enim videtur nisi in materia: vera autem rotunditas non
potest esse in materia Sed veritatis tantum imago Iohannes Sic nulla
forma est vera in materia Sed veritatis tantum imago vere fore
Cum veritas forme sit. ab omni materia separata Cardinalis Omnis
platonice verum dicas: tamen refert inter rotunditatem, et aliam
formam. Quoniam si etiam possibile foret rotunditatem
esse in materia: tamen adhuc non foret visibilis Secus
de ceteris formis. si in materia essent quoniam videri possent
Non tamen rotunditas nec rotundum secundum eam videretur Solum
enim longum. et latum videri potest Sed in rotunditate nichil longum
aut latum, seu directum. Sed circumductio quedam, et circumducta
quedam de puncto ad punctum connexitas. cuius summum
est ubique. et est Atomus sua parvitate invisibilis Iohannes .

Nonne plures Atomi sunt plura rotunditatis summa. Et tamen
per lineam quandam curvam que videri potest. et sic quedam
pars rotunditatis videtur Cardinalis Hoc esse non potest cum quicquid
est in rotunditate, sit summum Atomus aut summitatem rotundi
tatis circum teneat. Unde initium videndi rotunditatem sumeret
oculus: Non ab Atomo cum sit invisibilis. Nec ab alio quia a summo
rotunditatis oculus recipere posset initium videndi rotunditatem Sum
mum enim est quicquid in rotunditate est. Summum autem
Atomus est: Nonne si poneretur quod a summo rotunditatis inci
peret visus: oporteret ipsum duci a summo ad summum. Iohannes
Certum est: hoc fieri oportere cum nichil in ea sit nisi summum.
Cardinalis Summum autem Atomus est, qui non est visibilis
Patet igitur Mercurium recte dixisse: Mundum ex se non esse visibilem
quia rotundus est. et nichil de eo, vel in eo videtur. nisi rerum
forme in eo contente Iohannes Mundi rotunditas cum sit in
materia: et propter adunctionem ad materiam sit imago rotundi
tatis: quare illa rotunditatis imago in materia videri non
potest. Cardinalis Intantum illa rotunditatis imago ad veram
rotunditatem accedit: quod visum et omnem sensum subterfugit.
Iohannes Ideo mundum non videmus. nisi in quantum per partes
rerum formas videmus: quibus subtractis. nec mundum: nec
eius formam videremus Cardinalis Bene dicis. nam mundi
forma rotunditas est invisibilis. Visibilibus igitur formis subtractis
unus manet in toto orbe vultus: scilicet essendi possibilitas:
sive materia invisibilis. que dicitur esse rerum Universitas. Et
satis philosophice concedi potest quod propter perfectionem ibi sit rotunditas
Iohannes Hec meum excedunt conceptum. licet videam in
mente te vera dicere. Admiror tamen quod nec in mundo vera
est rotunditas. sed tantum imago rotunditatis veritati propinqua
Cardinalis Non mireris. Nam cum unum rotundum sit
perfectius alio: in rotunditate: nunquam reperitur rotundum: quod
sit ipsa rotunditas Seu quo non possit dari magis rotundum:
Et hec regula est universaliter vera: Quoniam in omnibus
recipientibus maius: aut magis, et minus non devenitur

ad maximum aut minimum simpliciter quo maius aut minus
esse non possit Nam posse esse maius, aut minus, non sunt de
natura eorum: que non possunt esse maius, aut magis, et minus
Sicut mutabile non est de natura immutabilis. Et diuisibile
de natura indiuisibilis. Et visibile de natura inuisibilis. Et
temporale de natura intemporalis Et ita de similibus. Rotundi
tas igitur que visu attingitur: magis et minus recipit. quo
niam vnum rotundum est alio rotundius Igitur rotunditas in
visibilis, non est de illa natura, non est igitur per corpus partici
pabilis sicut visibilis Ideo nullum corpus potest esse adeo rotundum:
quin possit esse rotundius Corporalis igitur mundus licet sit rotundus:
tamen illa rotunditas non est alterius nature: quam sit rotunditas
cuiuscumque alterius rotundi corporis: Sed cum non omne corpus
sit visibile. sed requiritur certa magnitudo ut videatur. Sic etiam
rotunditas Atomi non est visibilis: quando Atomus non videtur
Mundus igitur ideo in sua rotunditate est inuisibilis: quia id
quod se visui offert. de rotunditate mundi Atomus est. Iohan
Clare declarasti. et in paucis multa explanasti. Sed scire cupio:
quomodo intelligis perfecti mundi rotunditatem esse Imaginem.
que videtur semper posse esse perfectior Cardinal Scio rotundi
tatem omnis rotundi rotundiorem alia: Et ideo in rotundis
deueniri oportere ad rotundum, maxime rotunditatis: qua
nulla maior est quoniam non potest in infinitum procedi
Et hec est mundi rotunditas. participatione cuius omne rotundum
est rotundum. Hec est enim participabilis rotunditas in omnibus
mundi huius rotundis. que gerunt imaginem rotunditatis mundi,
Sed mundi rotunditas licet sit maxima, qua nulla maior
actu est: non est tamen ipsa absoluta verissima rotunditas
Ideo est imago rotunditatis absolute Rotundus enim mundus,
non est ipsa rotunditas: qua maior esse nequit. Sed qua maior
non est actu. Absoluta vero rotunditas, non est de natura
rotunditatis mundi. Sed eius causa et exemplar: quam eternitatem
appello. Cuius rotunditas mundi est imago In circulo enim vbi
non est principium. nec finis cum nullus punctus in eo sit

qui potius sit principium quam finis: video imaginem eternitatis.
quare et rotunditatem imaginem assero eternitatis cum sint
idem Iohannes Placent hec: Sed quero. Nonne sicut mundus
dicitur rotundus: potest etiam dici eternus? Videtur enim cum
eternitas et rotunditas illa absoluta sint idem: ita et eternum
sit idem cum rotundo Cardinalis Non puto intelligentem negare
mundum esse eternum. licet non sit eternitas. Solus enim omnium
creator sic est eternus: quod eternitas Si quid aliud dicitur eternum:
hoc habet: non quia est ipsa eternitas: sed quia eius participatione,
seu ab ipsa est, eternitas enim omnia externa precedit. Nisi sit
externum illud. quod idem est cum eternitate Eternitas igitur
mundi cum sit mundi eternitas: est ante mundum etiam eternum
Ab ea enim habet: quod est eternus. sicut album ab albedine Eter
nitas igitur mundi, cum habeat id, quod est absoluta eternitas:
constituit mundum eternum scilicet numquam finibilem. sive perpetuum
qui dicitur eternus Quoniam numquam verum fuit dicere: eternitas
est? quin etiam verum fuit dicere: mundus est. licet mundus
ab ipsa sit id, quod est Iohannes Si recte intelligo. hinc non
potest esse nisi unus mundus. maxime rotundus et eternus
Cardinalis Bene cepisti. Nam cum in rotundis ad unum maximum
actu necesse sit devenire: sicut inter calida, ad ignem: qui est
maxime calidus: erit igitur unus tantum mundus. et hic tantum habet
rotunditatis: quod ad ipsam rotunditatem eternam maxime acce
dit. et hinc etiam invisibilis. quare etiam eternus dici potest
Dicente Apostolo Paulo: que non videntur eterna sunt? Non
quod propterea eternus dicatur: quia sine initio: sed quia numquam
fuit verum, dicere: eternitas est: quin etiam verum fuit
dicere: mundus est. Mundus enim non incepit in tempore
Non enim tempus precessit mundum. sed sola eternitas. Sic
et tempus aliquando dicitur eternum: ut propheta ait: de
eterno tempore cum tempus non habuerit initium in tempore
Tempus enim non precessit tempus Sed eternitas. Dicitur igitur
eternum tempus. quia ab eternitate fluit Sic et mundus
eternus: quia est ab eternitate: et non a tempore Sed

mundo magis convenit nomen ut dicatur eternus quam temporalis:
quia mundi duratio non dependet a tempore. Cessante enim motu
celi, et tempore: quod est mensura motus: non cessat esse mundus
Sed mundo penitus deficiente, deficeret tempus. Magis igitur
convenit mundo quod dicatur eternus: quam temporalis. Eternitas igitur
mundi, creatrix, deus est: qui ut voluit cuncta fecit. Mundus
enim non est sic perfecte creatus, quod in eius creatione deus omne
quod potuit facere fecerit licet mundus factus sit ita perfectus:
sicut fieri potuit. Quare perfectiorem, et rotundiorem mundum, atque
etiam imperfectiorem, et minus rotundum potuit facere deus.
licet factus sit ita perfectus sicut esse potuit. hoc enim est factus:
quod fieri potuit: et fieri posse ipsius factum est. Sed hoc fieri posse
eius: quod factum est: non est ipsum facere posse absolutum omnipotentie
dei. Licet in deo posse fieri: et posse facere, sint idem, Non tamen
fieri posse universi, est idem cum facere posse dei. Ex hoc videtur
deum mundum, ut voluit: creasse. quare perfectus valde: quia secundum
dei optimi liberrimam factus est voluntatem. Que quia in
aliis locis luculenter scripta, legi possunt: nunc de hoc sufficiat.
Iohannes Revertere igitur ad ludum nostrum. et de motu globi
aliquid adiicias *Cardinalis* Multa dicenda restant. si que occurrunt
referrem: Primum noto: dum de motu globi a puncto,
ubi statur: ad signum medium, signati circuli Globum proiicio
quomodo per lineam rectam hoc fieri nequit. Ut si punctus A
sit stato, et b. d. circulus, cuius centrum c. et e. globus. volo
de A. proiicere ad c. Hoc per lineam motus globi, fieri necesse
est. que non sit recta. quantumcumque etiam sphericus fuerit globus.
Iohannes Videtur quod si sphericus fuerit. fieri posset motus per lineam
rectam ut est a. c. linea, ~~movere non possit~~ Non enim video,
cur sphera per a c moveri non possit. et in c quiescere
Cardinalis Facile capies, te errare: si attendis unam lineam rectiorem esse
alia. et ideo adverissime et precisissime rectam, per supra
datam doctrinam, nequaquam pervenire Ideo non est possibile
etiam perfectissimam spheram de a in c. per precisam
rectam pergere. Esto etiam quod pavimentum sit perfectissime

planum et globus rotundissimus. Nam talis globus non tangeret
planitiem nisi in atomo. Ex motu non nisi invisibilem, et indi
visibilem lineam describeret: et nequaquam rectissima inter a et c
puncta cadentem. Neque umquam in c quiesceret: Quomodo enim super
atomo quiesceret? Perfecte igitur rotundus: cum eius summum sit et
imum: et sic atomus postquam incipit moveri: quantum in se est: num
quam cessabit: cum varie se habere nequeat. Non enim id quod movetur:
aliquando cessaret: nisi varie se haberet uno tempore et alio.
Ideo sphera in plana et equali superficie se semper equaliter habens.
semel mota. semper moveretur. Forma igitur rotunditatis ad perpetuita
tem motus est aptissima. Cui si motus advenit naturaliter numquam
cessabit. Ideo si super se movetur: ut sit centrum sui motus perpetue
movetur. Et hic est motus naturalis. quo motu ultima sphera
movetur. sine violentia. et fatiga. quem motum omnia naturalem
motum habentia, participant. Johannes Quomodo creavit
deus motum ultime sphere. Cardi In similitudine. Quomodo tu
creas motum Globi. Non enim movetur sphera illa. per deum
creatorem. aut per spiritum dei. Sicut nec globus movetur
per te: cum ipsum vides discurrere. nec per spiritum tuum licet
posueris ipsum in motu. exequendo per iactum manus voluntatem.
impetum in ipsum faciendo. quo durante movetur. Johan Sic forte
et de anima dici posset. quia existente in corpore homo movetur.
Cardina Non est propinquius fortasse exemplum intelligendi crea
tionem anime quam sequitur motus in homine: Non enim deus est anima
Aut spiritus dei movet hominem. Sed creatus est inter motus: seipsum mo
vens: secundum Platonicos. qui est anima rationalis. movens se et cuncta
tua Johannes Vivificare anime convenit Est igitur motus Cardi Utique
vivere motus quidam est Johan Placet valde: Nunc enim video hoc
sensibili exemplo: multos errasse: circa anime considerationem
Cardina Attende motum Globi deficere, et cessare. manente Globo
sano. et integro. quia non est motus. qui globo est, naturalis Sed
accidentalis. et violentus. Cessat igitur impetu qui impressus est ei:
deficiente. Sed si globus ille foret perfecte rotundus: ut predictum est:
quia illi Globo. rotundus motus esset naturalis: ac nequaquam

violentus: nunquam cessaret Sic motus vivificans animal nunquam
cessat corpus vivificare quamdiu vivificabile et sanum est: quia est
naturalis Et licet motus vivificandi animal cessat deficiente
sanitate corporis tamen non cessat motus intellectualis anime hu-
mane quem sine corpore habet et exercet Ideo motus ille seipsum
intellectualiter movens est in se subsistens et substantialis Motus
enim qui non est seipsum movens: accidens est. Sed seipsum movens
substantia est. Non enim illi accidit motus cuius natura est motus
uti de natura intellectus: qui non potest esse intellectus sine motu
intellectuali: per quem est actu Ideo intellectualis motus est sub-
stantialis seipsum movens Nunquam igitur desinit: Vivificatio vero est
motus vite: qui accidit corpori quod de sua natura non est vivum.
Sine vita vero corpus verum corpus est Potest igitur ille motus
qui corpori accidit: cessare Sed propter hoc non cessat motus substan-
tialis seipsum movens. Nam virtus illa que et mens dicitur corpus
deserit: quando cessat in ipso vivificare: sentire et imaginari Has
enim habet operationes virtus in corpore quas etiam dum non exercet
nihilominus manet in perpetuum licet etiam localiter separetur
a corpore. Virtus enim illa licet in loco circumscribatur: ut non sit nisi
ibi non tamen occupat locum cum sit spiritus Propter eius enim
presentiam non discenditur aer: aut locus occupatur ut minus
capiat de corpore quam prius **Iohannes** Valde placet similitudo Globi
ad corpus. Et motus eius ad animam. homo facit globum et
eius motum quem impetu ei imprimit et est invisibilis indivisi-
bilis non occupans locum sicut anima nostra Sed quomodo anima nostra
sit motus substantialis: libenter melius intelligerem **Cardinalis** Deus
dator substantie homo accidentis seu similitudinis substantie.
Forma Globi data ligno per hominem addita est substantie ligni
Sic et motus additus est forme substanciali. Deus autem creator
substantie. Multa motum participant ut moveantur ex partici-
patione motus Devenitur igitur ad unum quod per se movetur et
illi non accidit ex participatione motus ut moveatur Sed ex sua
essentia et est anima intellectiva. Intellectus enim seipsum movet
Et ut clarius hoc capias attende quomodo in rotunditate est

aptitudo ad motum facilius enim movetur magis rotundum. Quae
si rotunditas foret maxima, quia etiam maior esse non posset
utique per se ipsam moveretur et esset movens pariter et mobile. Mo-
tus igitur qui anima dicitur est concreatus corpori et non impressus
ei ut in globo, sed per se motus corpori adiunctus, et taliter separabilis
ab ipso, ideo substancia. Iohannes Igitur bene dicitur,
quod virtus illa, quam animam dicis intellectivam, paciatur aut
premietur. Cardi Certissime hoc verum credas. Sicut enim in corpore
affligitur affectionibus corporis, ita etiam extra corpus affligitur
ira, invidia, et ceteris afflictionibus gravata ad hoc sorde corpo-
rea nec corporis oblita. Etiam affligitur igne materiali ad hoc
preparato, ita ut ardoris lesionem senciat. Nostro enim igne non
posset affligi. Similiter etiam virtus illa, hoc est anima salvata,
hoc est in quiete est et nullis tormentis affligitur. Iohan Intelligo te
nunc dicere, quod anima est substancia incorporea, et virtus diver-
sarum virtutum. Nam ipsa est sensualitas, est etiam ipsa imaginatio,
eadem etiam est racio et intelligencia. Sensualitatem et imagina-
tionem exercet in corpore, Racionem et intelligenciam extra corpus
exercet. Una est substancia sensualitatis, imaginationis, racionis, et
intelligentie, licet sensus non sit imaginacio, nec racio nec intellectus.
Ita nec imaginacio aut racio, aut intellectus, aliquid aliorum. Sunt
enim diversi modi apprehendendi in anima quorum unus alius esse
non potest. Sic puto te dicere velle. Cardi utique sic dicere volo. Iohan
Tu etiam videris dicere animam in corpore esse simul in diversis locis.
Cardi Sic dico. Nam cum sit virtus et quelibet pars virtutis de
toto verificetur, secundum veram philosophiam. Tunc vivificacio que
anima est. Ipsa autem anima diversa corporis membra, que in
diversis locis sunt, vivificat. Igitur ibi est ubi vivificat. Tota igitur
anime substancia, dum est in corpore, in diversis locis est. Sed
dum est extra corpus, non est in diversis locis. Sicut nec angelus,
qui non vivificat. In corpore igitur est tota anima in qualibet parte
corporis sicut eius creator in qualibet parte mundi. Iohannes Retrahit
ne se anima dum digitus abscinditur. Cardi Neque, sed desinit
digitum vivificare. Non enim retrahit se, quia non transit de una
corporis particula ad aliam, cum sit simul in omnibus et singulis.
Iohannes Ad hoc unum rogo iterum circa anime motum declares.

quando ais animam seipsam movere, dicito quia ipse motus se perpe
tuo movet. Cardi. Nulla specie ex omnibus sex speciebus motus: mo
vet se anima. Sed equivoce. Movet enim seipsam anima. id est discer
nit. abstrahit. dividit. et colligit: Ratiocinari virtus est anime.
igitur et anime. Aliqua est ratio perpetua. et immutabilis. ut quod
quatuor non sunt duo quia quatuor in se habent tria. que non
habent duo Igitur quatuor non sunt duo Hec ratio est immuta
bilis. Anima igitur est immutabilis Dum autem ratio sic discurrit
ratiocinando: utique ille discursus rationalis est. A. se igitur ratio
nalis anima ratiocinando movetur. Adhuc. anima est vis
inventiva artium et scientiarum novarum In motu igitur illo inventivo
novi non nisi a seipsa moveri potest Sic dum se facit similitudinem
omnium cognoscibilium: a se movetur. Ut dum in sensu se facit simi
litudinem sensibilium in visu visibilium In auditu audibilium.
et ita de omnibus Ideo ex eodem et diverso dicitur constare. propter
comprehendendum motum universalem omnium et particularem
diversorum. Sic ex individuo et dividuo: quia se conformat divi
sibili. et mutabili Unde anima vis est illa: que se omnibus rebus
potest conformare Et facit se causam motus corporis scilicet manus.
aut pedis. Sed non semper ex discretione quoniam et a natura
est motus. ut in motu nervorum et pulmonis In pueris vero propter
debilitatem non facit se similitudinem rerum Sed post annos discre
tionis, corpore firmato, adiuncta discretione, et maxime si doctrina
exerceatur Est enim in pueris adhuc informis quo ad usum rationis
nature. subiecta ut fiat fortis et perfectus homo. Et eius informi
tas ad perfectionem movetur doctrina. et exercitio Potest autem
dici: animam se movere dupliciter Aut cum se facit causam motuum
corporis. quod etiam facit dormiendo Aut cum se facit similitudinem
rerum. quod etiam facit extra corpus humanum Vivere etiam, unde
dicitur esse: se movere: Unde anima verius vivit: quia ex se movetur
quam homo: qui movetur ab anima. Iohannes Sic puto: quod deus
verius vivat quam anima Cardinalis Recte putas. non quod deus
se moveat. aut faciat similitudinem rerum. quod facit anima
licet in eo sint omnia, in quadam simplicitate. Sed quia ipse
verum esse rerum est: Et vita vitarum. Sic enim ait ego sum
resurrectio et vita Iohannes Multum placent: que de inventione

noui supra memorasti In eo enim actu anima clare videtur seipsam
mouere vellem ut ad ludum applicares Cardi Cogitaui inuenire
ludum sapiencie. Consideraui quomodo illum fieri oporteret deinde
terminaui ipsum sic fiendum: ut vides, Cogitatio, Consideratio,
et determinatio virtutes sunt anime nostre. Nulla bestia talem
habet cogitacionem inueniendi ludum nouum, quare nec consi
derat aut determinat circa ipsum quicquam Hee virtutes sunt
viue racionis. que anima dicitur. et sunt viue quia sine motu
viue racionis, non possunt esse In illa enim cogitacione motum spiritus ra
cionalis quisque apprehendit: qui aduertit: cogitare, esse quoddam dis
currere. Sic et considerare atque determinare In quo opere corpus nichil
prestat adiutorij Ideo quantum potest: se retrahit anima a corpore ut
melius cogitet. consideret. et determinet Nam penitus vult esse in sua
libertate. ut libere operetur Hec autem vis libera quam animam
racionalem dicimus: tanto est forcior: quanto a corporalibus contrac
cionibus absolucior Non igitur plus viuit anima in corpore quam extra
Nec dissoluitur dissolucione harmonie seu temperamento sicut
sanitas corporis. Sed e conuerso ipsa temperatio dependet ab anima.
qua non existente. non est temperacio. Anima est vita. quia racio.
que viuus motus est Dum igitur cogito: Considero. et determino.
quid aliud fit. quam quod racionalis spiritus. qui est vis cogitatiua conside
ratiua et determinatiua, seipsum mouet. Et dum determinacionem
anime: quid sit anima: nonne cogito, et considero, et in hoc repe
rio animam mouere seipsam motu circulari, quia supra seipsum
ille motus reuertitur Quando enim cogito, de cogitacione motus est cir
cularis et seipsum mouens Et hinc motus anime qui vita est. perpe
tuus est quia circularis supra seipsum reflexus Iohannes Capio sane
que dicis. et gratissimum est audisse tres illas virtutes anime intel
lectiue quarum vna non est alia. quia prior cogitatio. deinde consideratio
ultima determinatio Cogitatio generat consideraciones. et determi
nacio procedit ab illis Et non sunt nisi vnus viuus motus. seipsum
perfecte mouens Et in hoc video animam intellectuam vnitrinam
virtutem: de necessitate: si debet perfecte viuere: seu moueri. Cardi
Adde ad hoc ipsam esse perfectiorem. quia magis in ipsa vis illa
infinita et perfectissima: que deus est. relucet. Ideo. sicut deus

eternus ita ipa perpetua In perpetuo n. eternitas melius relucet q̃
in temporali Iohan Volo hec que precipis. libentissime addere nec
ad hec unum dimittere michi gratissimum Iohan [Car] Quid hoc? Cardi [Iohan]
Si ad perfectionem spus nri necessario requirit q sit unitrinus:
ut optime declarasti: profecto ignorantes reputandi sunt: qui
spiritum perfectissimu. qui deus est negant unitrinum Cardi
Utiqz signum est ignorantie de deo non affirmare id quod simpli
citatis et perfectionis est Unitas autem quanto magis uniens:
tanto simplicior et perfectior: que sic est Una. q etiam in tribus
personis. quarum quelibet est una. ipa est Una. et non esset
alias perfectissima Unitas. Careret n. natura et ijs que ad eius
perfectissimam essentiam sunt necessaria. Sed hec altiora sunt
ijs que nuc inquirimus Iohan Caute uideris dixisse hanc cogi
tationem ludi et considerationem atqz determinationem nō esse
in brutis Non negans etiam bruta in nidificatione uenationibg
et alijs que experimur: cogitare considerare et determinare. Quo
modo igitur ostendes. illa non esse rationabilia Cardi Quia
carent libera uirtute. que in nobis est Nam cu ego hunc ludu
inuenirem: cogitaui. consideraui et determinaui que alius nec
cogitauit. nec considerauit nec determinauit. quia quisqz homo
liber est cogitare quecunqz voluerit. similiter considerare atqz de
terminare. Quare nō omes idem cogitant. quando quisqz habet
liberum propriu spm Bestie uero non sic Ideo impellunt ad ea que
agunt. per naturam et eiusdem spei similes faciunt venationes et
nidos Iohan Non sine ratione hec fiunt Cardi Natura mouetur
intelligentia Sed sicut conditor legis motus ratione legem sic ordinauit.
que mouet subditos, non ratio legis, que est eis incognita: sed imperiu
superioris. quod necessitat. Ita brutum mouetur imperio nature neces
sitante ipm non inductione rationis quam ignorat Ideo in uno
motu specifico uidemus omia eiusdem speciei tamq̃ ex indita lege
nature compelli et moueri Hac coactione non stringitur spiritus
noster regius et Imperialis alias nichil inueniret Sz solum impul
sum nature exequeretur Iohan Cum videam araneas unam
legem in telis, et uenatione seruare et hyrundines in nidificatione
et innumera talia: bene comprehendo uno motu singula moueri

eiusdem speciei et bruti esse impulsiuum contentor. igitur Cardi Quando
aduertis in nobis aliqua naturaliter cogitari considerari et determi
nari. que nostra animalitas deposcit: et alia que sine corpore: spi
ritui tamen conueniunt. ut illa predicta experimentaliter cognoscis
in primis nos non libere moueri. sed ex necessitate nature sensibilis et
corporee Sed in alijs libere. cum liber spiritus seipsum moueat Natura vero
spiritui nostro nullam umquam necessitatem imponere potest Sed bene spiritus
nature. ut patet in bono: in abstinentijs, et castitate. et in malo. quando
contra naturam peccamus. et desperati in seipsos manus iniciunt
et interimunt Iohan Vnum restat quod clarius cuperem intelligere.
quomodo se habeat differenter vis sensitiua et vegetatiua in homine
et brutis: Vnam enim dixisti esse substantiam. quam animam appella
mus et ipsam esse virtutem multarum virtutum scilicet vegetatiue. et
que in vegetatiua complicantur et sensitiue. et que in sensitiua conti
nentur atque etiam intellectiue et que ipsius sunt Certum est autem hanc
substantiam secundum virtutem intellectiuam, non requirere corpus Ideo
tota substantia anime. cum non dependeat a corpore. est per se stans
sine corpore, licet alias virtutes scilicet Sensitiuam et vegetatiuam.
non exerceat nisi in corpore Non est igitur minoris virtutis extra corpus
quam in corpore licet cesset exercitatio virtutum corpus requirentium
Sed cum anima bruti sit substantia et virtus, corpus requirens, quia
sine corpore nihil habet exercitij. Videtur quod deficiente corpore deficiat,
Atque cum sit vita: que in homine est intellectualis: et virtus deficiens
videtur numquam deficere. Vita enim essentia est, que non est corruptibilis
secundum sanctum Dyonisium: et potest esse perpetua quoniam in anima
hominis perpetua est Cardi Subtiliter moues: differentiam exquirens
sensitiue et vegetatiue in homine et brutis Et primum aduertendum
puto: quod virtutes ille scilicet vegetatiua sensitiua et imaginatiua sunt in
virtute intellectiua hominis. sicut trigonus in tetragono. ut bene dicebat
Aristoteles Sed trigonus in tetragono non habet suam trigoni formam
sed tetragoni In brutis vero habet trigonus trigoni formam. Alterius
igitur nature est trigonus. sic et virtutes vegetatiue sensitiue et imagina
tiue que trigonum illum. que anima bruti dicitur, constituunt: sunt
imperfectioris nature. quam in homine. Vbi cum virtute intellectuali. nobi
lissima et perfectissima: tetragonum illum qui anima hominis dicitur
constituunt Inferiora enim in superioribus sunt secundum naturam superioris
vt viuere nobilius est in sensitiua quam vegetatiua et adhuc nobilius
in intellectiua. Sed nobilissime in diuina natura que est vita viuen

cium Non mirum igitur si vires ille in trigono non sunt nature
virium illarum in tetragono. ubi in substantialem identitatemque cum
incorruptibili virtute intellectiva perveniunt Sicut enim vegetativa
sensitiva imaginativa et intellectiva in divina natura. que est ipsa
eterna eternitas: sunt eterna. ita vegetativa sensitiva et imagina
tiva in intellectuali natura que est perpetua: sunt perpetua Et licet
illa in bruto non sint perpetua: perpetuitate nature intellectualis:
non tamen puto aliquid de illis in substantia ex corporis varietate
variari. Sicut enim in homine dum manus eius arescit: substantia
anime vegetative et sensitive non arescit: sed manet semper quia
virtus anime hominis incorruptibilis. licet desinat vegetatio et sensa
cio manus. Sic forte per mortem bruti et arefactionem arboris.
non perit substantia illa que dicitur anima sensitiva aut vegetativa
licet non exerceat operationem ut ante Iohan Quo modo igitur manet?
Car Non possumus negare: hominem dici microcosmum: hoc est
parvum mundum. qui habet animam. Sic et magnum mundum
animam habere quam naturam quidam dicunt Alii spiritum
universorum qui omnia intus alit. unit. connectit. fovet et movet:
Vis enim mundi illa que se ipsam et omnia movet: de qua diximus:
est perpetua quia motus rotundus et circularis omnem in se habens
motum. sicut circularis figura omnem figuram in se complicat
Dicitur etiam hec anima necessitas complexionis aut plerisque ab
aliis fatum in substantia omnia ordinate explicans Ad quam se
habet totus corporalis mundus sicut corpus hominis ad animam
Illa est sensitiva anima in sensitivis vegetativa in vegetativis
Elementativa in elementis. que si desinit vegetare arborem aliquam
aut vivificare brutum. non tamen propterea desinit esse. ut de anima
hominis dictum est Iohan Non ergo est alia anima unius bruti
aut arboris et alia alterius Cardi Hoc secundum substantiam hac via
concedi oportet. quoniam non est nisi una omnium anima Sed per
accidens omnes differunt Sicut vis visiva in homine secundum substantiam
non differt a virtute auditiva quia una est anima que est vis
visiva et auditiva per accidens autem differunt. quia accidit vir
tuti visive esse in oculo. et non in aure. et in uno oculo magis apto
quam in alio: ad operationem suam exequendam Iohan Secundum hanc opi
nionem forte concedi potest quod triplex est mundus. Parvus qui homo
Maximus qui est deus. Magnus qui universum dicitur. Parvus
est similitudo magni. Magnus similitudo maximi. Sed dubito:

Cum homo sit mundus parvus. Si etiam sit pars mundi magni
Cardinal. Utique homo sit est mundus parvus, quod et pars magni
In omnibus autem partibus relucet totum. Cum pars sit pars
totius. Sicut totus homo relucet in manu, ad totum proportionata
Sed tamen in capite perfectiori modo tota perfectio hominis relucet
Sic universum in qualibet eius parte relucet. Omnia enim ad
universum suam tenent habitudinem, et proportionem. Plus
tamen relucet in ea parte, que homo dicitur quam in alia quacumque.
Perfectio igitur totalitatis universi, quia plus relucet in homine, ideo
et homo est perfectus mundus, licet parvus et pars mundi magni
Unde que universum habet universaliter, habet et homo parti-
cularitur proprie et discrete. Et quia non potest esse nisi unum
universum: et plura particularia et discreta esse possunt; ideo unius
perfecti universi, plures particulares et discreti homines speciem
gestant et imaginem. ut stabilis unitas magni universi, in tam
varia pluralitate multorum parvorum et mundorum mundorum, sibi
invicem succedentium, perfectius explicetur. Iohannes Si recte capio:
tunc sicut universum est unum Regnum magnum: sic et homo
est regnum: sed parvum: in Regno magno sicut Regnum
bohemie, in regno romanorum, seu universali imperio. Cardinal
Optime. homo enim est regnum simile regno universi fundatum
in parte universi. Dum enim est embrio in utero matris nondum
est regnum proprium. Sed creata anima intellectuali: que
creando imponitur Regnum fit: Regem habens proprium
Et homo dicitur. Recedente vero anima desinit esse homo:
et regnum. Corpus autem sicut ante adventum anime intel-
lectiue: fuit de universali Regno Magni mundi: et ita et
revertitur ad illud. Sicut Bohemia erat de Imperio, ante quam
haberet proprium regem. sic et manebit proprio rege sublato
Homo igitur immediate suo proprio regi, qui in ipso regnat:
subest. Sed mediate subest tunc regno mundi. Quando autem
non dum habet regem aut esse desijt: immediate subest
regno mundi. Quare vegetatiuam virtutem in Embrione
natura seu mundi anima exercet, sicut in aliis vitam vege-
tatiuam habentibus. et etiam continuat hoc exercitium

in nonnullis mortuis. quibus capilli et ungues crescunt, et ea
facit in illis, sicut in aliis corporibus. proprio rege carentibus.
Quomodo vero homo sit regnum proprium, liberum et no
bile. alibi latius tractaui Et pulcra est speculatio: per quam ho
seipsum cognoscens, in suo Regno, licet paruo, omnia abunde. sine
defectu reperiens, felicem se videns, si velit: optime contentatur.
Hec nunc ut tempus dedit: tacta sunt Iohan Non pigriteris
istis pulcherrimis dictis. addicere: quomodo maximus mundus
qui deus est: in vniuersali reluceret Cardi Alta petis. nescio. si
sufficiam. Iuuabo me tamen ex globo. quantum potero Nam
globus visibilis est inuisibilis globi: qui in mente artificis
fuit: imago Attente igitur adesto: Mentem in se fingendi
uirtutem habere. In seipsa enim mens concipiendi liberam huius
facultatem: artem reperit pandendi conceptum. que nunc fin
gendi uocatiue magisterium. quam artem habent figuli. sta
tuarij. pictores. tornatores fabri textores et similes artifices
Esto igitur quod figulus uelit ollas. patellas. urceos. et quecumque talia
que mente concipit: exprimere. et uisibiliter ostendere: ad finem
ut cognoscatur Magister. primum studet possibilitatem inducere
seu materiam aptam facere. ad capiendum formam artis qua
habita. uidet sine motum non posse hanc possibilitatem in actum
deducere. ut habeat formam. quam mente concepit. Et rotam
facit: cuius motu educat de possibilitate materie formam precon
ceptam Et quia una materia est aptior alia: nulla possi
bilitas perfectissima esse potest Ideo in nulla materia sin
materialis, et mentalis forma potest ueraciter fingi: uti est
Sed similitudo et imago manebit, omnis visibilis forma:
uere et inuisibilis forme. que in mente, Mens ipsa
existit Sit igitur in mente tornatoris Globus iste,
mens ipsa existens dum mens se in ea forma: quam
concepit Et cui conceptui se assimulauit. visibilem facere
vellet: adaptauit materiam scilicet lignum ut illius forme
capax esset Deinde tornatili motu. formam in ligno
introduxit. Fuit igitur globus in mente et ibi globus
archetypus mens est sicut in rudi ligno possibiliter.

et ibi fuit materia fuit in motu dum de potentia ad actu
deduceretur. et ibi fuit motus Et producta est possibilitas eius
ad actum. ut sit actu per determinationem. et definitionem
possibilitatis: que actu est sic determinata. ut sit visibilis
globus Habes igitur ex hac similitudine humane artis: quomodo
artem divinam creativam aliqualiter conijcere poteris.
licet inter creare dei. et facere hominis tantum intersit: sic
inter creatorem et creaturam. Mens igitur divina mundum
in se conspiciens. qui conceptus est Mens ipsa equalis concep
tui. mundus dicitur archetipus. Voluit autem deus pulcritu
dinem conceptus sui manifestare et visibilem facere Creavit
possibilitatem. seu posse fieri mundum pulchrum. et motum,
per quem de possibilitate duceretur. ut fieret hic mundus
visibilis in quo possibilitas essendi mundum. et sic: ut deus
voluit. et fieri potuit actu determinata. Iohannes Intelligis
ne per posse fieri, possibilitatem, seu materiam. aliquid: de
quo factus est mundus: ut de ligno globus Cardi Nequaquam
Sed quod mundus de modo, qui possibilitas seu posse fieri: aut
materia dicitur: ad modum, qui actu esse dicitur. transivit
Nichil enim fit actu, quod fieri non potuit. Impossibile enim
fieri: quomodo fieret. Materia vero. si aliquid actu esset:
utique ipsa eternitas esset aut eternitatis factura. Non potest
dici: quod sit eternitas: quia eternitas deus est. qui est omne
id quod esse potest. Sic non est materia que est possibilitas
seu fieri posse. sive variabilitas Nec eternitatis factura
Nam si facta esset fieri potuisset Tunc fieri posse, scilicet
materia: de materia facta esset Et sic, de seipsa, quod
est impossibile Non est igitur aliquid actu materia Sed
res, que fit: dicitur ex materia fieri, quia fieri potuit
Non enim foret mens divina omnipotens: si non nisi de
aliquo aliquid facere posset, quod mens creata nequaquam
omnipotens, cotidie facit Iohan Non negas, posse fieri licet
non sit aliquid. esse posse fieri aliquid Nec est igitur penitus

nihil. cum de nihilo nihil fiat, Et cum non sit deus. nec aliquid
actu. nec de aliquo: nec nihil ideo quicquid est, de nihilo est Non
ex seipso. cum se de nihilo creare nequeat. dei igitur creatura
videtur Cardi Optime concludis. hoc enim sic concedi debere
viua ratio necessitat. licet quomodo hoc concipi possit non
reperiat. Sicut enim conceptus de deo omnem excellit con
ceptum sic de materia omnem fugit conceptum Iohan latent
ne forme in materia: ut globus latuit in ligno Cardi Ne-
quaquam Nam cum tornator globum facit: abscindendo
partes ligni usque quo perueniat ad formam globi: possi
bilitas quam vidit tornator in ligno: quando se conformat
cum globo mentis: transiuit de possibili modo essendi ad actu
esse Cuius causa materialis est lignum. et efficiens. arti
fex, et formalis exemplar. in mente artificis. et finalis
ipse artifex. qui propter seipsum operatus est Tres igitur cause
concurrunt in artifice. Et quarta, est materialis Ita deus est
tricausalis Efficiens formalis et finalis omnis creature. et
ipsius materie. que non causat aliquid: cum non sit aliquid
Sed sine ipsa. id quod fit: fieri non potest posset Nam cum
id, quod est in mente dei: sit deus: qui est eternitas. utique id
fieri non potest: Neque fit aliquid, quod non est in mente,
et conceptu dei. Oportet igitur, quod veritas omnis rei, que fit:
non sit: nisi exemplar eius. que mens dei est. Ideo, quod fit:
erit imago exemplaris forme. Nam imaginum veritas non
est imago. sed exemplar Si igitur non est veritas: sed
eius imago: tunc necesse est id quod fit: cum descendat
a stabili eternitate: in variabili subiecto recipi. ubi non re
cipitur. uti est in eternitate. sed uti fieri potest Iohan Si
bene cuncta capio: omnia sunt in deo. et ibi sunt veritas
que nec est plus. nec minus. sed ibi sunt complicite et inuo
lute: sicut circulus in puncto. Omnia sunt in motu
Sed ibi sunt. ut euoluuntur. Sicut cum punctus unius
pedis. circini super alio euoluitur Tunc non punctus ille

explicat circulum prius complicatum Omnia in posse fieri:
sicut circulus in materia: que in circulum duci potest. Et omnia
sunt in possibilitate determinata. sicut circulus actu descriptus. Cardi[nalis]
Satis summarie hec respondisti: nescio quomodo, et extra pro
positum in sermonem pervenerimus Igitur revertamur nunc ad
ludum nostrum et intentum brevissime pandam Iohan[nes] Nisi te
viderem abunde et amplius quam speraverimus: satisfecisse et doc
trinam pandisse magne speculationi congruam pro magno
meo audiendi desiderio te corporis fatigatum sollicitarem: ut hec
que incepisti: in longos tractatus extenderes. Sed nunc ut propo
nis facito. querimus libros tuos. quos hiis apicibus refertos
speramus Cardinalis Credo me sepius ista et alia et dixisse et
scripsisse melius forte quam modo. cum amplius vires deficiant
et memoria tarde respondeat Fuit autem propositum meum
hunc ludum noviter inventum. quem passim omnes facile capiunt:
et libenter ludunt. propter crebrum risum qui ex vario
et numquam certo cursu contingit: in ordinem proposito utilem
redigere Et feci signum: ubi stamus. globum iacientes. et
circulum in medio plani: in cuius medio est sedes regis. Cuius
regnum est regnum vite: intra circulum inclusum et in circulo
novem alios: Lex autem ludi est: ut Globus intra circulum
quiescat a motu. et propinquior centro. plus acquirat. iuxta numerum
circuli ubi quiescit et qui citius .xxxiiii. acquisiverit. qui sunt
anni christi. Victor sit Iste inquam ludus significat motum anime nostre
de suo regno ad regnum vite in quo est quies. et felicitas eterna
In cuius centro Rex noster et dator vite christus Ihesus presidet
Qui cum similis nobis esset persone sue globum sic movit ut
in medio vite quiescat Nobis exemplum relinquens. ut quemad
modum fecit: faciamus et Globus noster suum sequatur: licet
impossibile sit: quod alius globus in eodem centro vite in quo
globus christi quiescit: quietem attingat Intra circulum enim
sunt infinita loca: et mansiones. Quiescit enim Globus
cuiuslibet in puncto. et Atomo suo proprio quem nullus
alius umquam attingere poterit. Neque duo globi possunt eque distare

Card

a rentro Sed semper vnus plus. alius minus Oportet igitur quemlibet xpianum cogitare: quomodo quidam non habent spem alterius vite Et ij globum suum mouent in his terre nis Alij spem habent felicitatis Sed suis proprijs viribus et legibus. sine christo contendunt peruenire ad uitam illam et hij globum suum sequendo ingenij vires: et suorum pphetarum et magistrorum precepta ad alta currere faciunt Et horum globi ad regnum vite non perueniunt. Sunt tercij. qui viam quam xpus dei vnigenitus filius predicauit: et ambulauit: amplectuntur. Ii se ad mediu ubi est sedes regis uirtutum, media torisqz dei et hominu conuertunt et globum suum in sequendo vestigia xpi mediocri cursu impellunt. qui solum in regno vite mansionem acquirunt. Solus. n. dei filius de celo descendens. sciuit uiam vite: quam uerbo et opere credentibus patefecit Iohannes dicit credentibus qui sunt hij Cardi Qui credunt ipm dei filium et euangelium esse per ipm predicatum. illi de ueritate euangelij certi sunt. quia filius dei non mentitur Ideo preferunt promissa euangelij huic uite Gaudent hic mori: ut uiuerent cum xpo in uitam eternam Moriendum omnino est Mori igitur pp̄ter fidem filij dei, habet retributionem uite eterne Quomodo enim deus qui est iustus et pius fidelitatem pro ipsius dei gloria morientis, non remuneraret? Aut quam daret remunerationem: nisi uite: ei qui pro eo uitam dedit.? Est ne deus ignobilior homine nobili. fidelitatem serui abiam de remunerante usqz ad consortium regni? Et si fidelis pro gloria filij dei eligit pati. etiam eternam mortem: quomodo dabitur ei retributio nisi uite? ubi semper et eternaliter se sciat viuere ueraciter et letari Iohan Non ergo sunt ueri xpiani: qui non moriuntur ut xpus pro gloria dei: Cardi Ille xpianus est: qui prefert gloriam dei proprie uite. et glorie. et taliter prefert: q si probaretur in persecutione: talis inueniretur In illo viuit xpus et ipse non viuit. contemptor igitur huius mundi, et uite est: in quo per fidem est spus filij dei ihesu xpi qui mortuus mundo

vivit in xpo Iohan Tu vides. quam difficile est dirigere globum curvum:
ut sequatur viam xpi: in quo fuit spiritus dei. qui ipsum direxit
in centrum et fontem vite Cardi Facile valde est, habenti veram
fidem ut predixi igitur si globus persone tue spiritu fidei impel
litur: spe firma dirigitur. et caritate casto astringitur qui te
ducet secum ad vitam Sed impossibile infideli Iohan Certissime
hoc esse video Qui non credit christo ut dei filio mundo adheret
et meliorem vitam non exspectat. Sed fidelis in adversitate gau
det quia scit mortem gloriosam prestare immortalem vitam
Videtur tamen vix possibile quod Globus secundum naturam suam
inclinatus deorsum. non sic moveatur. et incurvetur. et unus
plus quam alius Cardina Hec est summa misteriorum huius ludi ut
discamus has inclinationes et naturales incurvationes. taliter
rectificare virtuoso exercitio: ut tandem post multas variationes,
et instabiles circulationes et incurvationes quiescamus in regno
vite Vides enim quod unus impellit globum uno modo. alius alio
manente eadem curvitate in globo secundum varium impul
sum varie movetur et quiescit Et numquam certum est ante quie
tem. ubi demum quiescat: Videns igitur unus globum impul
sum per aliquem attigisse prope centrum: cogitat sequi velle
illius modum. et plures attentat et proficit Iohan Quisque est
proprius globus aliter, quam alius incurvus Igitur non potest
unus alium sequi Cardi Verum est nullus alterius semitam
precise sequi potest Sed necesse est ut quisque dominetur inclinatio
nibus globi sui. et passionibus seipsum exercitando demum taliter
moderatus studeat viam invenire in qua curvitas globi non
impediat: quominus ad circulum vite perveniat Hec est vis
mistica ludi: virtuoso exercitio posse etiam curvum globum regu
lari ut post multas instabiles flexiones motus in regno vite
quiescat Iohannes Negare nequeo una globi gibbositate stante secundum
diversum impetum cuiusque ipsum proicientis differenter semper
moveri. Posseque eundem globum per quemque iuxta libitum varie
impelli ita quod licet circa revolutio semper maneat tamen mo
tus eius variatur. dicimus tamen, cum non semper in centro
circuli quiescat: ubi quisque ludens ipsum ponere intendit Et inter

ludentes vnius mittit ipsum in propinquo centri locat: et postea eandem
ut prius habens intentionem: globus remote a centro declinat:
videris quod non solum pellentis intentionem, sed etiam secundum
fortunam moveatur. Cardinal Fortuna potest dici id quod
preter intentionem evenerit. et cum quisque ludus petat centrum cir
culi: non est fortuna si tetigerit Neque est in potestate nostra.
quod voluntas nostra perficiatur. Dum enim globus currit: attenti
sumus ut videamus: si ad centrum accidit: et vellemus iuva
re ipsum: si possemus. ut tandem ibi quiesceret Sed quia non
possumus eum in via: nec impetum attribuimus ad hoc
necessarium: ideo cum intentione superveniente cursum quem
impressimus: moderari nequimus Sicut qui de monte cur
rere incepit, dum est in veloci motu: etiam si vellet: non
potest se continere. Oportet igitur circa principium motus,
attentum esse Quare mala consuetudo que motus est: non sinit
quem benefacere: nisi ipsa deposita virtutis motum in bona
consuetudine ponat Non habent igitur male currentes: etiam
si in cursu peniteant: alicui dispositioni, que vocatur fatum. aut
mala fortuna nominari consuevit: imputare: si male cur
sum terminant sed sibiipsis. qui inconsulte se precipitarunt.
Bene vides: quod Globum quando vis: et quomodo vis: in
motum ponis etiam si constellatio celi haberet Globum fixum
debere persistere: non teneret celi influxus manus tuas: quin
si velis: Globum moveas Regnum enim cuiusque liberum est
sicut et regnum vniversi. in quo et celi et astra continentur
que in minori mundo etiam sed humaniter continentur Iohan
Secundum hoc igitur nemo nisi sibiipsi. adversos etiam casus
imputare debet Car Ita est in moralibus. atque iis operibus.
que sunt hominis: ut hominis Nemo enim viciosus. nisi sua
culpa Iohan Quomodo tunc dicitur fortunam omnipotentem
Car Hoc poeta dicebat: sciens sic philosophos Plathonicos affir
mare hii enim fortunam aiunt: ordinem et dispositionem
rerum omnium in suo proprio esse. et illam vocant necessita
tem complexionis: quia nichil illi dispositioni resistere potest
Nec adversa, nec prospera dicitur dispositio, seu fortuna illa

nisi q̃tum ad nos et secundum explicationem rex actu et
opere Puta dispositio. et ordo essendi hominem: sic se habet:
ut sic fiant omnia: sicut fiunt. alioquin non fieret ho
Est ergo inevitabilis necessitas cui nichil resistere potest
Ideo omnipotens. Cum autem Socrates et Plato actu homines
sint dispares hoc non evenit quia fortuna seu ordo et dispositio,
sint prospera et adversa nisi q̃tum ad istos homines quorum
unus assequitur prospera respectu alterius. Sz neqȝ hec fortuna
que anima mundi supra nominatur. in meo regno dispo[t]
illa que hominis sunt. Quisqȝ .n. homo liberum habet arbi
trium: velle scilicet: et nolle: cognoscens virtutem et vitium
Quid honestum. quid inhonestum quid laudabile. quid vitu
perabile: quid gloriosum. quid scandalosum. et q̄ bonum
eligi debeat. et malum sperni. habens intra se regem et iudicem
horum, que cũ hec bruta ignorent. Ideo sunt hominis:
ut hominis et in hiis est nobile regnum nequaq̃ universo,
aut alteri creature subiectum Non in his extrinsecis bonis
que fortuita dicuntur: de quibus non potest habere homo
q̃tum vellet: quoniam liberi voluntati non subsunt. sicut
bona prefata immortalia que voluntati subiciuntur Nam
si vult reperit. et eligit libere virtutis ĩmortalis, immortalis
anima, proprium vite sue cibum spiritualem. Sic vege
tativa corporis pastum: sibi aptum corporalem Et licet
sit impossibile dum Globus movetur: prescire in quo puncto
quiescat: neqȝ propterea semper in circulo quiescit. quia
circulum aliquotiens subintrat: non minus tamen ex
consuetudine et continuata practica, prenoscere poterit. con
iectura verisimili in circulo. Globum quietem accepturum
difficilius tamen in quo ordine. per circulos distincto, et
penitus impossibile, in quo puncto Terreno igitur homini,
et eius peregrinationi. Globus habens ponderosum corpus
et in latus terreum inclinatum et eius motus. quia
per hominis fit impulsum: aliqualiter simulatur Non
.n. potest in rectitudine persistere motus humanus. Cito
declinat ꝓpter terrestreitatem inconstanter et varie semper

fluctuans. qui nichilo minus potest exercitio virtutis revo-
lutionem in circulo terminare. Et bonam et perseverantem
intentionem adiuvat deus qui in motu queritur: et perficit
bonam voluntatem Ipse enim est qui fidem dirigit. et ad per-
fectum producit. et impotentiam in ipsum sperantis sua
omnipotenti supplet clementia Christianus igitur qui facit
omnia, que in ipso sunt: licet sentiat Globum suum incon-
stanter currere in deo tamen confidens, non confundetur.
qui non derelinquit in ipsum sperantes. et hoc est huius ludi
mysterium: satis nunc pro tam brevi hora declaratum
ut de his paucis multa elicias. et proficias in motu ut
tandem quietem simul in regno vite cum christo rege meo
feliciter assequamur eo prestante qui solus potens est: et
in secula seculorum benedictus Amen

Globi ludus et liber explicit
Incipiunt versus facti de laude eius

Qui cupis ingenium presentis nosse libelli
Redde prius musis. terque. quaterque. caput
Et semel. atque iterum sensus ubi legeris altos
Ad caput et titulos, mente vacante, redi [minime occupata]
Nec pudeat, quotiensque situm, salebrosa videbis [difficilia transitu et impedita. Salebra est arena gressum impediens]
Esse loca: et trepido non adeunda pede
Poscere opem et sancti perflorida prata Magistri [i. per alios libros Cardinalis]
Ire: licet multa doctior arte senex
Viribus hec crassis non sunt condita vehenda
Pinguis aqualiculi non capit alta locus. [i. infime partis ventris]
Attritas subeunt nix. post tonamina mentes.
Purgatum hec tantum dogmata pectus habet
Luditur hic ludus. Sed non pueriliter at sic
Lusit ut orbe novo sancta Sophia deo [sapientia]
Sic ludit, quisquis per celi aprica: domosque [delectabilia]
Etherias: quid agant cernere sancta venit
Sol oriens ludis sic Augustine canendo:
Musica cum nobis, te modulante data est
Sic omnes lusere pii. Dionisius et qui. [sancti doctores]

Increpuit magno, mystica verba sono
Et nos magne pater, ludum celebremus amici
Noster ut eterna, sit Globus ede sedens
Istic perpetuo post longa volumina centro
Hereat. et nullo fine perennis agat
I prior. At ceterum nos sedibus optime castus
Siste pater. stat ubi ludus et ara dei

Tu quoque rara ducum soboles: dux inclite lude
Principibus famam quo tuo mens pariat
Nam bene resarcos quamquam orient stemmata cippos
Iuncque palatinis gloria maior erat
Et tibi consurgat comitum fecunda propago
Occiduas Rhenus qua pater auget aquas:
Anglica sint quamvis consanguinitate propinqua
Sceptra tibi et quicquid gallia pingwis arat
Et genitrix tibi sit ditis germana tyranni
Prelustres spectent et tua iura duces
Nec minus in christi sortem, templisque sacratus
Hinc atque inde vocet te pius ordo patrum
Ut nichil in pulchra sine te Germania gente
Cluebat: et claris clarior ut niteas
Teque decus patrie Magnus genueravit Otto
Silvarum terror: cui lupus ingenuit
Ut baioharie tua cingant tempora frondes
Mustula belligero quas tulit ense robore
Et quicquid tante titulis memorande reliqui
Clauderet ut nulla parte superba domus
Hec ne iure suo volucris fortuna repostat
Et series patrum nil nisi nomen habet
Surge tuo marte hic princeps dignissime surge
Ingenij dotes laudibus adde ducum
Aurea sit liceat: iunctum tamen aurea flatum
Corrogat. effundat quo tuba rauca sonum

Quid tibi conueniat: melius te· nemo uidebit
Tu modo non aliis q̄ tibi crede magis
Candidus eoo [orientali] surget dum lucifer axe [orbe]
Et bibet occiduas uespere phoebus aquas
Dum niuibus longas hyemes germania ducet
Et uespertinam gallus [francigena] amabit humum
Climaq; homines tellus, pisces mare: sydera celum
Reddet: doctorum [hominum] hic ludus honestus erit
Tu quoq; magnanime princeps michi crede Johannes
Semper eris semper viuus in ore virum
Effice quod solum tibi, te monitore, gerendum est
Ne tantum in cartis sit tibi grande sophos
Et meritum refer o· grates memorande magistro
Est cui si nunq̄ est: mens patefacta dei:

Finis·

Dialogi de ludo globi Secundus liber Incipit Interlocu
tores Albertus Adolescens dux Bavarie et Nicolaus Car
dinalis ALBERTUS

Tu nosti pater me advenisse summa fiducia ut pape
nostro pio atque tibi, et alijs Cardinalibus notior
fierem et proficerem: Cum vero Illustrem ducem
Johannem Consanguineum meum carissimum in hac urbe
reperirem: Et inter nos post communia amicorum colloquia,
ipsum vacare viderem lectioni, libelli de ludo Globi admi
ratus tam de ludo quam libello: nisus sum comprehendere
aliquid iuxta meam iuvenilem capacitatem Sed non est
michi visum te circulorum regionis vite mysticam sen
tentiam explanasse Rogo igitur tuam pietatem ne me
despicias tanti mysterij incapacitatem Dabitur ut
doctior rememorem: que audivero et dei dono proficiam

Cardinalis Multo gaudio te cum fratre Wolfgango hoc
loco vidi Pater enim tuus Albertus Illustris Comes Palatinus,
et Bavarie dux multis annis me singulariter amavit
et hoc ostendit Videre tantum amicum vivere in Illustri
bus et optime nobiliterque compositis et eruditis filijs
michi peroccurrendum est: Et hinc, queque possibilia liberis
impartiar De ludo Globi inquiris ea: que dum audieris:
non poteris etate obstante fortasse discutere Admiraberis tamen
et violentia quadam incorporabis altissima que te habilem
reddent: ut ad cuncta scibilia melius volare queas Opor
tet autem ut mentis oculum aperias, et visum illum
totaliter eleves, ut que dicturus sum potius videas quam
audias Alber Faciam omnia quantum natura et ingenium
concesserint Car Circulorum mysticationem, quam ut capias,
infige tue memorie propositionem que sequitur:

Eo quod in omnibus: Et in quo omnia nichil maius aut
minus esse potest: Quare omnium exemplar: Albertus
Habeo iam hanc in memoria fixam propositionem Sed
ut mens eius videat veritatem declaratione opus habet
Cardinalis Parva sufficiet nam quomodo foret aliquid

minus eo: quod in omnibus? aut quomodo maius eo in
quo omnia? Si igitur nichil omnium est aut minus aut
maius eo: necesse est omnia illius unius exemplaris esse
exemplata Albertus Brevissime declarasti Nam certissime
video Cum exemplatum nichil habeat nisi ab exempla
ri Sitque unum omnium exemplar quod in omnibus et
in quo omnia: clara est ostensio: postquam video unitatem
exemplaris omnium variorum exemplatorum Me ad
altam contemplacionem deduxisti Cardi Tu bene mente
conspicis: exemplatum non posse esse nisi in ipso sit exem
plar Alber Certissime Cardi Sed quomodo est exemplatum
nisi sit in eodem suo exemplari? Nam exemplatum si est
extra suum exemplar quomodo manet exemplatum
Albertus Nichil obest: quo minus hoc videam Nam ne
cesse est utique exemplatum in exemplari suo contineri
Alias non est verum exemplatum Ideo perfecte intueor
exemplar necessario esse in exemplato Et exemplatum
contineri seu esse in exemplari: Cardinalis Exemplar igitur
est in omnibus exemplatis et in quo omnia sunt exemplata
Nullum igitur exemplatum est minus aut maius eo
Quare exemplata omnia sunt unius exemplaris exemplata
Alber Verissime sic esse video Car Nec est necesse propter plu
ralitatem exemplatorum esse plura exemplaria: cum
unum infinitis sufficiat Precedit enim naturaliter exem
plar exemplatum Et ante omnem pluralitatem unitas
que est omnis exemplate multitudinis exemplar Ideo
et si forent plura exemplaria necesse foret unitatem exem
plarem illam pluralitatem precedere Non essent igitur illa
plura exemplaria eque prima exemplaria sed unius pri
mi exemplaris exemplata Non potest igitur esse nisi unum
primum exemplar quod est in omnibus exemplatis et in quo
omnia exemplata Alber Ostendisti michi que videre
concupivi Nam nichil michi resistit: quin videam: omnis
multitudinis unitatem principium ex quo intueor unitatem
exemplaris omnium exemplatorum Cardi Dixi unitatem

esse exemplar omnium numerorum. seu omnis pluralitatis
aut multitudinis In omni enim numero vides vnitatem
et omnem numerum in vnitate contineri Omnis enim
numerus est vnus Binarius Ternarius denarius et ita
de omnibus Quisque est vnus numerus. Nec esse posset
quisque vnus si in eo non foret vnitas et nisi ipse in vnitate
contineretur Alber Hactenus non aduerti ad hec: quando
michi visum fuit denarium maiorem vnitate et ideo in
vnitate non contineri. Sed nunc video denarium: cum
sit vnus denarius non posse hoc esse nisi in vnitate contineatur
Cardinalis Attendas etiam oportet quomodo vnitas non potest
esse nec minor nec maior Quod non minor statim admittis. Quod non maior etiam vides: si aduertis: id quod
esset maius vno non esse vnum At quod sic est de denario
qui siue videas ipsum minoratum siue auctum: non vides
denarium Hoc autem habet omnis numerus ab vnitate
quia numerus est exemplatum exemplaris vnitatis Alber
Propositio quam premisisti: clauis esse videtur ad intrandum
intelligentiam absconditorum. quando ipsam querens recte
applicat Cardinalis Nec est applicacio difficilis. nam si te interrogo seriatim: sola interrogatione duceris ad visionem
veri. puta. interrogo te: an cuncta que vides. putas
aliquid existere. Scio credo dices cuncta existere Alber Cum
sint aliquid. oportet existere Cardi In existentibus: est ne
ipsum esse Alber Vtique alias si non esset in ipsis ipsum esse.
quomodo existerent. Cardi Nonne que existunt in ipso
esse existunt Alber Extra esse. ipsum vtique non existerent
Cardi Esse igitur omnium in omnibus existentibus est.
et omnia existencia in ipso esse existunt Alber Nichil certius
video quam quod et esse ipsum simplicissimum est omnium existencium exemplar. Cardi Hoc est esse absolutum, quod
creatorem omnium que sunt credimus Alber Quis
non videret hec que dixisti: ita se habere Cardi Sic vides
in animato animam et simul ipsum animatum in
anima. Et in iusto iusticiam et ipsum in ea. Sicut
in albo albedinem Et ipsum in ea et generaliter in-

contracto absolutum et ipsum contractum in absoluto huma
nitatem in homine. et ipsum in humanitate Alber Video
certe ista omnia necessaria Sed imaginatio non capit
quomodo hoc fiat. Quis enim conciperet unum esse
in alio. et id aliud in eodem uno Cardi Hoc est ideo in
imaginabile quoniam hec virtus imaginativa in quanto
terminatur Nam non quantum, imaginatio non attin
git Unde quod continens sit in contento. quando imagina
tio ad locum se convertit qui quantus est: non capit.
Videtur sibi: ac si diceret quis. quod esse aliquem in domo:
sit esse domum in ipso. Sed oculus mentis ad intelligibilia
que supra imaginationem sunt: respiciens: non potest
negare: quin videat: in esse ipso, quod est supra imagi
nationem: omnia. etiam imaginationem ipsam contineri.
Et nisi in contentis foret hoc verum: non esse Alber Utique
hec vera video et occurrit michi manifestum exemplum
Omnia que sensu et imaginatione attinguntur: sunt circa
substantiam que accidentia dicuntur. que nisi contine
rentur per substantiam non subsisterent. Necesse est igitur continens
illa accidentia esse intra illa accidentia et substare ut
in ipsa illa subsistant Substantia igitur intelligibilis
nature supra sensum et imaginationem existens omnia
accidentia continet. et in contentis existit Nec est aliud
accidentia esse in subiecto. quod substantia: quam substantia
in accidentibus Et hoc potissimum verum video: quia acci
dentia non sunt in subiecto. seu substantia. quasi in loco
cum locus non sit substantia Sed accidens Cardi Gaudeo
te sanum mentis visum habere, et quando hanc specula
tionem extendis et quam ad animam racionalem. que est
substantia omnium virium, et potenciarum suarum: tu vides
ipsam illas continere et in omnibus suis viribus et poten
ciis esse Alber Incipio gustare hanc scienciam sapidissimam
Exercitabo me in ipsa ut habitum acquiram Sed ne
te nimium in hac necessaria michi digressione teneam
amplius pergere poteris ad institutum Cardi Nunc
puto facile capis hanc regionem vivorum Nam in

omni viuente necesse est esse vitam et viveris in ipsa
Vita igitur Christiformium eorum omnium scilicet, qui
in regione sunt viuencium: sic se habet quod vita que
xpus est: qui dicebat ego sum vita: est in omnibus ibi
viventibus: et ipsi omnes viventes in vita que xpus
est. Et ideo Vita xpi est forma exemplaris omnium ibi
viuencium qui sunt huius forme exemplata Alber Bene
video oportere viventem christianum sic se habere, ut ais Nam
oportet in ipso esse vitam christi et ipsum in eadem ipsa vita
Cardinalis Figuratur hec vita regionis viventium in figura
quam rotundam vides Et ut circuli omnes idem habent centrum:
circuli sunt figure rotunditatis Rotunditas circularis est
motus vite perpetue et infinibilis In omni rotundo necesse
est esse rotunditatem, in qua sit ipsum rotundum Unde sicut
nec noticia nec essencia circuli rotundi, seu perpetui, sciri,
aut haberi potest, nisi a centro, super quo volvitur motus
perpetuus: ita quod eo non existente non potest nec perpetuitas
nec motus vite perpetue qui in equalitate ad identitatem
centri refertur: aut nosci aut esse. Sic se habet centrum
quod xpus est ad omnes circulationes. Circuli igitur hic
motum vite figurant et viuaciores motus designantur per circulos
centro quod vita est, propinquiores. quoniam vita, quod centrum
est: quo nec maior nec minor dari potest In ipso enim continetur
omnis motus vitalis: qui extra vitam esse nequit Nisi enim sit
in omni motu vitali vita nequaquam vitalis erit Est autem
circularis et centralis motus, qui vita est viventium Quanto
autem circulus centro est propinquior: tanto cicius circumuolui
potest. Igitur qui sic est circulus, quod et centrum: in nunc
instanti, circumuolui potest: Erit igitur motus infinitus
Centrum autem punctus fixus est: Erit igitur motus maximus
seu infinitus et pariter minimus: ubi idem est centrum
et circumferentia et vocamus ipsum vitam viventium in
sua fixa eternitate omnem possibilem vite motum complicantem
Albertus Intelligo te dicere velle paruitatem circulorum velociorem,
seu viuaciorem motum vite figurare: quoniam ad centrum: quod

Quid significent circuli

Centrum:

Quare nouem sunt circuli

Christus uita et sapientia

Motus viuus

Pater paternitas

Circuli uisionis gradus

Denarius terminus . . .

est uita uiuencium: ceptius credunt. Sed dicito: Cur nouem circulos figurasti Cardinal Scimus aliquos in racionis motu uelotes: alios tardos sed differentes, ut ex uarietate ingeniorum experimur. Quorum quidam tanta gaudent uiuacitate, ut breuissime discurrant Alii tardius. et uix umquam in aliquo proficiunt. Cristus qui est uita et sapientia. hoc est sapida sciencia. Sciencia in eo. qua sapida: ostenditur uiua apprehensio et uita intellectualis. et apprehensio sapientie seu sapide sciencie. Omnis igitur motus uiuus racionalis est: ut sue uite causam uideat. et tali sapientia immortaliter pascatur. qui si ad hoc non peruenerit: non uiuit. quando sue uite causam ignorat Deus autem est dator uite quem nisi xpus dei filius ostendat: nemo uidebit. Ostendere enim, solum ad ipsum spectat. quia non potest patrem. ut patrem ostendere nisi filius. Unus est autem pater christi. et nostri: qui est ipsa paternitas que est in omnibus patribus et in qua omnes patres sunt et continentur. Sed ut clarius uideas ipsum ostensorem patris aduerte quia ipse est ueritas. Dicebat enim se uiam, et hostium, vitam. et ueritatem. Ostensio certa et uera non nisi per ueritatem fieri potest. Falsitas uero errat. et deuiat: que mendaci diabolo seductori tribuitur. Filiacio dei in xpo, seipsum, quia ueritas ostendit. Et qui xpm uere uidet: in eo patrem. et ipsum in patre, uidet. Circuli igitur sunt visionis gradus. In omni enim circulo uidetur centrum, omnibus commune. propinquius in propinquioribus, remotius in remocioribus, Extra quem cum centrum uideri negatur: quod non, nisi in circulo uidetur non uidetur uita uiuencium seu lux luminum intellectualium Ideo in tenebra et umbra mortuus sit carent uita sicut oculus integer in tenebris mersus, quia uidere est sibi uiuere In carencia autem lucis nichil uidere potest, licet sit oculus sanus Ita anima licet incorruptibilis. luce carens ostensiua: que xpus est: non uidet nec intellectuali uita uiuere potest Sicut enim sensibilis uisio ut sit uera, et viua, sensibili luce indiget ostensiua: Ita et intellectualis uisio. intellectualis ueritatis luce opus habet: si uidere seu uiuere, debet: Et quia in denario

terminatur omnis motus per novem circulos in decimum quia
sit circulus qui centrum : figurani ascensum Alber Cuncta
patenter, et que dixisti . et si non cepi in gustu intelligencie :
vidi tamen vera esse Solum admiror : postquam infinitas cen
tralis lucis liberalissime se diffundit : quomodo gradus oriantur
Cardinalis Hec lux non se diffundit per corporalia loca : ut quasi
lux corporea : que proximiora loca plus illuminat Sed est lux,
que nec loco clauditur, nec obstaculo impeditur sicut nec tue
tis mentis cogitatio Sed que illuminantur non possunt nisi varia
esse . quia multa et plura sine varietate . nec multa nec plura
essent Receptio igitur lucis varia est in variis mentibus sicut
receptio unius lucis sensibilis, in variis oculis varie capitur
In uno veriori et lucidiori modo quam in alio, iuxta suam capaci
tatem, que non potest esse equalis in diversis Recipiunt igitur
christiformes lucem glorie sufficienter omnes : Sed differenter
secundum capacitatem cuiusque Sicut dominus predicator euangelicus
lucem unam eque ad singulos auditores diffundit Non tamen
eque ab omnibus capitur : cum non sint eiusdem mentis,
et capacitatis Alber Cum nemo nisi beatus, sit in regione
vivorum : Sitque solus ille beatus : qui id habet quod appetit,
sitque unicum solum quies desideriorum scilicet meliori, et
perfectiori modo, quo id fieri potest : videre centrum vite sue :
ideo miror de eo quod quosdam propius ad centrum accedere
figurasti : cum remotiores non comprehendant, meliori
modo quo hoc fieri potest Cardinalis figuratur fruicio beata
et potatione fontis vite . Estque idem videre, et bibere . unus
est fons vivus totam regionem viventium implens,
de quo quantum quisque sitit, et desiderat : bibit . non possunt
duo equaliter sitire . et desiderare potum Ideo licet omnes suf
ficientissime bibant quantum appetunt : non tamen equaliter
quando equaliter non sitiunt : Facit caritas sitire . que in di
versis diversa est Sic christus figurabat celorum regnum nupcijs :
ubi ipse ministrat cuique, id quod appetit, Saturantur igitur omnes
quantum desiderant et famescunt, licet alij plus alij minus
cupiant Albertus Placent hec . et video non esse novem circulos
glorie sed innumerabiles quando quisque beatus proprium
habet Cardi Licet sic sit : quod tota latitudo regni vite sit a centro

quare sint novem circuli

Omnia illuminata varia et multa :

quid sit beatitudo

Circulos glorie esse innumerabiles :

Latitudo regni vite

ad circumferentiam, et hec latitudo possit ad instar lineę que

in se infinitas habet lineas similes a centro ad circumfe

rentiam concipi, unumque sit commune omni centrum et

circumferencia singulorum: tamen illa innumerabilis

Novem gradus beatitudinis

multitudo circumferentiarum in novem gradus partitur: ut

gradatim per regnum illud pulcherrimo decoratum ordine nos

ducamur: ubi idem est centrum commune, et particularis

circumferentia scilicet ad xpm. Ibi enim idem est centrum vite

Christus centrum et circumferentia.

Creatoris et circumferentia creature Christus qui deus et

homo est: Creator et creatura Quare omnium beatorum crea

turarum ipse est centrum. Et attente advertas circumferen

tiam ipsius esse nature circumferentialis omnium circumferen

tiarum scilicet creaturarum rationabilium. Et cum sit idem

identitate personali cum centro omnium scilicet creatore omnes

beati per circumferentiam circulorum figurati in circumfe

Ratio beatitudinis

rentia xpi que est similis create nature quiescunt et finem

attingunt propter circumferentię nature create, cum in

creata natura hypostaticam unionem qua nulla maior

esse potest Ex quo vides xpm omnibus beatificandis adeo

necessarium: quod sine ipso nemo felix esse potest Quoniam ipse

est unicus mediator per quem accessus haberi potest ad viventem

vitam Albertus Magna et pulchra dixisti que utinam adver

De modo pacificandi cum infidelibus

sarii xpianorum considerarent Mox pacem cum et xpianis

inirent Et ut paulum ante de substantia, et accidentibus dixi:

ita michi occurrit per novem circumferentiales designatores

ad centrum pertingi: uti per novem accidentia ad substantiam

Numerus discretio

Cardinalis Numerus discretio est: que est unius ab alio. Et

hoc per unum, aut per aliud. aut tertium. et ita consequenter

usque ad denarium, ubi sistitur quia et omnis numerus ibi

terminatur Sic et accidentia novem generibus generalissimis

distinguuntur. et ad notitiam quidditatis seu substantie confe

runt. Nam aut per unum accidens, aut duo, aut tria

aut quatuor aut quinque, aut sex, aut septem, aut octo, aut

novem ubi in quidditate s. impletur numerus. qui in denarii unitate compli

catur. Numerare discernere est Res aut maxime per

substantiam ~~descernuntur~~ discernuntur Et substantie per quantitatem

qualitatem et alia accidentia que in novem generibus acci

dencium complicantur · Ob plenam igitur discrecionem deno
tandam talem feci figuracionem Albertus Audiui et angelos
nouem choris distingui Cardi Angeli intelligencie sunt · et quia
varij sunt : oportet intelligenciales eorum visiones et discre
ciones per ordines et gradus ab infimo usque ad supremum qui
xpus · et magni consilij Angelus dicitur : intellectualiter distingui ·
ex qua tres ordines et in quolibet tres chori reperiuntur · et terminus
centrum est ut denarius terminus nouem articulorum ¶ Primus
ordo est centralior · et Intellectibilium spirituum, qui simplici
intuitu in centrum, seu omnipotens exemplar omnia sine succes
sione siue temporali · siue naturali et simul omnia comprehendunt
qui diuini maiestati assistunt · a qua habent ut sic videre
omnia possint Nam sicut deus a se habet hanc discrecionem
ut in sua simplicitate omnia simul intueatur : quia intelligens
causa Sic dat illis assistentibus spiritibus ut in diuina sim
plicitate simul omnia videant Qui etiam ideo, licet creati
sint : eterni dicuntur quia omnia simul comprehendunt :

De angelorum ordinibus

¶ Alius ordo est intelligencium, qui omnia simul comprehendunt
Sed non sine naturali successione scilicet ut alia ex alijs sunt
naturaliter prouenire Et licet sine successione temporali intelli
gant quia tamen sine naturali ordine : non possunt intelligere
ideo subintrat in ipsis quedam cognicionis debilitacio Ideo
non dicuntur eterni, ut intellectibiles sed perpetui quia in
naturali ordine et successione intelligunt ¶ Tercius ordo racionalis
dicitur · quia licet certa sit eorum comprehensio, minus tamen
perfecte intelligunt quam alij ¶ Primus ordo tres habet choros qui
voluntatem diuinam in deo licet differenter intuentur et eius
discrecionem imitantur Sed tres chori intelligibiles intellec
tibilibus voluntatem diuinam ~~intuentur~~ comprehendunt Nouem igitur
sunt ordines · et deus in se omnia ~~concludens~~ includens et continens
quasi denarius figuratur Habet igitur quisque nouem ordi
num suam Theophaniam · siue diuinam apparicionem, et
deus decimam : a qua omnes emanant Decem itaque sunt
diuersa genera discrecionum scilicet illa diuina que in centro figu
ratur · et in causa omnium, et alie nouem in nouem choris

Intellectibiles angeli eterni

Intelligentes angeli perpetui

Racionales angeli :

Et tres chori racionales in intelli
gibilibus voluntatem diuinam intuentur

angelorum Et non sunt plures nec numeri nec discretiones
Hinc patet cur sic regnum uite figuraverim Et centrum luci
solari conformauerim et tres primos circulos igneos: alios
ethereos: et tres quasi aqueos qui in mundo terreo desinunt:
depinxerim Albertus Cum denarius sit omnem discretionem

De quaternario

complicans: cur in quaternario sistit progressio. Nam non
ne quattuor dicuntur cause sed rerum rationes. et quatuor
elementa. et quatuor anni tempora. et ita de multis Cardi
A maximo exteriori circulo usque ad minimum interiorem
et centralem. si numeras dicendo primo semel unum et
deinde numerando bis unum. deinde ter unum, et postea
quater unum, terminabitur quaternarius in centro. Sic
uides unum, et duo, et tria, et quatuor simul facere decem
quare progressio in quaternario terminatur cum non sit dis
cretio sive numerus, qui in ipso non reperiatur. non tamen
uides nisi unum in omni numero. Nec est, aut esse potest
nisi unum. unum. Plura non sunt unum sicut in omnibus
circulis non uides nisi circulum unius rationis Licet cir
cumferentia unius plus distet a centro quam alterius hoc
necessario contingit in pluribus cum plures circumferentias

Alteritas pluralitatem sequitur

ab eodem centro eque distare non sit possibile Sequitur igitur
alteritas pluralitatem Quare etsi in omnibus entibus, non
sit nisi una entitas et omnia entia in ipsa: que deus est ita
quod non sit opus ad discernendum omnia entia: ut entia sunt
nisi habere unius entitatis discretionem tamen cum multi
tudine sequatur alteritas: ad discretionem omnium entium, ut
multa sunt, numerus, alteritatis discretor, est necessarius:
sine quo unum ab altero discerni non potest Albertus Non igitur
cognoscit deus entia. Cognitio discretio est que sine numero

Cognitio dei

non uidetur possibilis. Cardi Cognoscere dei est esse. Esse dei
est entitas. Cognoscere dei est entitatem diuinam in omnibus
entibus esse. Non sic est mens nostra in iis. que cognoscit

Mentis nostre cognitio

sicut deus qui cognoscendo creat. et format. Quod mens nostra
cognoscendo creata: discernit ut sua rationali uirtute omnia
ambiat. Sicut deus omnium exemplaria in se habet ut omnia

formare possit ita mens omnium exemplaria in se habet ut omnia cognoscere possit. Deus vis est creativa secundum quam virtutem facit omnia veraciter esse id quod sunt, quoniam ipse est entitatis entium. Mens nostra vis est notionalis, secundum quam virtutem facit omnia notionaliter esse. Unde veritas est eius obiectum, cui suum conceptum assimilat omnia in notitia habet et entia rationis dicuntur. Lapis enim in notitia mentis non est ens reale sed rationis. Vides igitur deum non indigere numero ut discernat. Sed mens nostra, sine numero non discernit rerum alteritates et differentias. Alberto Nonne creator creat etiam alteritatem. Si sic. Utique cum non creet: quod non intelligit: Alteritas autem sine numero non intelligitur: per numerum igitur discernit: Cardinalis Omnia creat deus. etiam que alterabilia et mutabilia et corruptibilia, tamen alteritatem et mutabilitatem corruptionem vero non creat: Cum sit ipsa entitas non creat interitum sed esse. Quod autem intereant: aut alterentur non habent a creante sed sic contingit. Deus causa efficiens materie, non privationis, et carentie sed opportunitas absque carentia, que contingenter se habet. Malum igitur et posse perire, et mori, et alterari non sunt creature dei: qui entitas. De essentia igitur cuiuslibet non potest esse alteritas cum in ipsa non sit entitas. nec ipsa in entitate. Nec est de essentia binarii alteritas: licet eo ipso quod est binarius: contingat adesse alteritatem. Sicut enim plura pisa unica projectione, super planum pavimentum projecta sit se habent quod nullum pisum aut moveatur aut quiescat equaliter cum alio: et alius sit locus, et motus cuiuslibet: tamen illa alteritas et variatio non est a projiciente omnia simul equaliter. sed ex contingenti. quando non est possibile ipsa equaliter moveri aut eodem in loco quiescere. Albertus Nonne entitatis est unire et connectere: Cardinalis Utique. Albertus Illa autem varia et alia atque diversa esse oportet que connecti debent. Cardinalis Licet deus non sit causa divisionis: qui est nexus tamen omnium variorum et diversorum est sic creator. Nexus est autem ante divisionem

Quid sit mens hominis

Nota de rerum interitu

De carentia

De alteritate

Exemplum notabile

Nexus ante divisionem

quoniam diuisio vnionem presupponit Conuertit igitur vnitas, que entitas diuersa diuisa in unam concordantem harmoniam Plura enim ut plura non habent esse nisi ut sunt connexa Connexio ab vnitate et equalitate procedit plura enim entia ab vnitate seu entitate non haben: quod sunt plura Sed cum non possint esse multa: nisi et altera et diuisa: ideo ut in unitate subsisterent per entitatem que deus est, connexa sunt connexione, que est prior natura quam diuisio Cor igitur acute inspicis. uides entitatem ipsam unitatem que de se generat equalitatem, a quibus procedit nexus qui Vnitatis et equalitatis nexus est Equalitas autem non potest esse. nisi diuersarum equalium hypostasium, ante omnem inequalitatem, et alteritatem Quare

Entitatem esse Vnitatem

si ad pluralitatem creaturarum vnius vniuersi respicimus in ipsis reperimus vnitatem que est omnium entitas et equalitatem vnitatis Equaliter enim omnia entitatem habent. Cum unum ens non sit neque plus neque minus ens, quam aliud In quibus omnibus et singulis tota entitas est in equalitate Suntque ideo ad vnum connexa, quia in omnibus et singulis est entitatis, et equalitatis nexus. ab unitate et equalitate procedens Sic

De trinitate per totum

uides primam causam unam: quia prima. et trinam quia est unitas equalitas et nexus: Et nisi hoc uerum esset non esset causa ipsa entitas entium Deus igitur quia creator non potest esse nisi trinus et vnus Est igitur mundus creatus, ut in ipso uideatur creator trinus, et vnus. qui pater dicitur, cum sit Vnitas, que entitas. et filius quia equalitas vnitatis Gignit enim unitas, que entitas equalitatem: que est essendi equalitas Et spiritus sanctus. quia nexus seu amor vnitatis, et equalitatis prout hoc alibi latius declarauimus Albertus Hec sepius repeti expedit: quia utilia et rara que spero in futurum melius degustabo: Hic ad centrum simplicissimum me conuertens, video ipsum principium medium et finem omnium circulorum Nam eius simplicitas est indiuisibilis: et eterna omnia in sua indiuisibili. et strictissima vnitate complicans Est intimum equali

Mundus creatus propter trinitatem

Centrum principium medium et finis circulorum

tatis, nisi cum omnes lineae a centro ad circumferenciam sint
equales utique non est centrum circuli. Indivisibilitas centri
est simplex initium equalitatis. et nisi punctalis simplicitas
cum equalitate sit connexa utique non potest esse centrum
circuli de cuius essencia est eque distancia ad circumferenciam
Sic vides unitatem equalitatem et utriusque nexum in centrali
puncto Cardi. Attente miras et postquam advertis dictum sapientis [illegible]
qui aiebat deum circulum cuius centrum est undique: sic

Deus circulus cuius centrum undique

vides quod sicut punctus in omni quanto undique reperitur: ita
deus in omnibus Non tamen propterea sunt plura puncta
quia mens punctum undique in quanto reperit. Sic nec plures
sunt dii: licet in singulis videatur Albertus Non bene capio
hoc declara queso. quomodo punctus non est multiplicatus: ut
sint plura puncta licet undique in quanto videatur Cardi Si
chartam unam scribendo impleres: nihil nisi unum undique scribendo

li unum

utique licet undique videres unum esse scriptum non esse propterea
necessario plus quam unum unum undique scriptum. Tu enim licet
pluries scribas unum: in diversis locis non tamen propterea
unum est mutatum et pluralitatum Albertus Certum est me
multiplicasse unius scripturam non unum ipsum Cardi Uti
in omnibus albis mens videt albedinem non tamen ideo
sunt plures albedines: Ita in omnibus Atomis videt punc
tum tamen ideo non sunt plura puncta Quod clarius
intelliges quando consideras unum simplicissimum inter compli
care omnem multitudinem Ideoque esse immultiplicabile: cum
sit complicatio omnis multiplicationis. seu multitudinis
quare in omni multitudine videtur. quia non est multitudo:
nisi explicatio unitatis: sic de puncto qui est complicatio mag
nitudinis, pariformiter dicendum vides Alber Hec sic esse
intueor Cardinal Consequenter aperi mentis obtutum et vide-
bis deum in omni multitudine esse quia est in uno,
et in omni magnitudine, quia est in puncto ex quo constat
quod divina simplicitas subtilior est uno, et puncto, quibus
dat virtutem complicativam multitudinis et magnitudinis
quare deus est virtutis magis complicativa quam unius et puncti.

Albertus Utique maior est dei simplicitas quam unius et puncti:
Cardi Igitur et magis complicativa Nam vis complicativa
est in simplicitate: que quanto magis unita, tanto magis sim
plex, et complicativa Ideo deus, qui est vis. qua nulla maior
esse potest. est vis maxime unita. et simplex. quare maxime
potens et complicans. Igitur est complicatio complicationum
Alber Verissima profers. Cardi Esto igitur ens esse omnium existen
cium complicationem: hinc cum nullum ens sit: nisi in
ipso sit entitas: certissimum esse vides: deum eo ipso quod entitas est
in ente, esse in omnibus Et licet ens ipsum in omnibus, que sunt:
videatur: non est tamen nisi unum ens sicut de uno, et
puncto dictum est Nec aliud est dicere: deum esse in omnibus:
quam quod entitas est in ente, omnia complicante. Sic optime ille
vidit qui dixit: Quia deus est: omnia sunt Alber Placeret,
illius conclusio: nisi obstaret: deum ab eterno fuisse et crea
turas incepisse Cardi Tu deciperis. Imaginaris enim, ante
mundi creationem, deum fuisse et non creaturas: Sed dum
attendis: quod numquam fuit verum dicere: deum fuisse quando non essent crea
ture essent. Fuisse enim aliquid tempore nondum existente non
est possibile cum fuisse, sit preteriti temporis Tempus creatura
est eternitatis non enim est eternitas que tota simul est Sed
eius imago: cum sit in successione Albertus Cur dicitur tempus
imago eternitatis Cardi Nos eternitatem non concipimus
sine duratione Durationem nequaquam imaginari possumus
sine successione. hinc successio, que est temporalis duratio:
se offert: quando eternitatem concipere nitimur. Sed mens
dicit absolutam durationem que est eternitas: naturaliter
precedere, durationem successivam. et ita in successiva tamquam
in imagine videtur duratio, in se a successione absoluta sicut
in imagine veritas Alberto Imaginatio igitur adunat mentem
sibi coniunctam, Car Certissimum est intelligentem ex phantas
matibus incorruptibilium, habere speculationem. Sunt autem
phantasmata que offert imaginatio hinc subtiles imagina
tiones citius succurrerunt ratiocinanti, et veritatem querenti
querenti. nisi enim mens nostra indigeret adiutorio imaginationis

Deum numquam fuisse quando non essent creature

De eternitate

De ymaginatione

ut ad veritatem que imaginationem excedit: quam solu[m] que[s]it:
perveniat: Quasi saltator fossati, baculo: non esse in nobis
imaginationi coniuncta. De his nu[n]c dictum sit Alber Alibi
ut fertur latius hec scripsisti Nunc revertentes ad circulares descrip-
tiones ludi nostri dicito si quid mysterij restet Cardi Tanta sunt
que satis exprimi non p[ossu]nt Nam sicut de hyerarchiis ordini-
bus bonorum spirituum dictum est. ita ut malis apostaticis
spiritibus. et eorum casu speculator multa inveniet: quia de
quolibet ordine. et choro quidam transgressores ceciderunt et
eorum casus est a certitudine scientie in incertitudinem ruisse:
possunt et celorum discretiones aliqualiter venari. nam celum
visibile et celum intelligibile et celum intellectibile quidam
sancti esse comprehenderunt Et in quolibet ternarium distinc-
tionem ut nonenarius celoru[m] in denario ubi est sedes
dei super cherubin, perficiatur Alber Non dubito numeri
discretionem esse. et in denario comprehendi omnem numeru[m]
et discretionem Ea vero que numerantur et discernuntur
per hominem: ab ip[s]a discretione non habent esse sed discerni
Nisi en[im] essent: quomodo discernerentur sed deceru[n]t Nisi n[on]
essent: quomodo discernuntur Quare circa virtutem discre-
tivam que est post essentiativam pulchra videtur speculatio:
quam rogo adijcias Cardi Tangam aliquid. ut pareum nobili
tuo desiderio. Vis illa discretiva rationalis anima in nobis
appellatur Ratione quidem discernit ratiocinatio, supputatio
et numeratio est Nam licet anima visu visibilia auditu
audibilia et generaliter sensu sensibilia capiat: non tamen
discernit nisi ratione Quando n[am] audimus concinentes:
voces sensu attingimus: sed differentias et concordantias:
ratione et disciplina mensuramus Quam vim in brutis no[n]
reperimus Non en[im] habent vim numerandi. et proportio-
nandi Et ideo incapaces sunt discipline musice licet sensu
voces nobiscum attingant Et moveantur concordantia
vocum ad delectationem Anima igitur n[ost]ra, rationalis
merito dicitur. quia est vis ratiocinativa, seu numerativa
sive discretiva ac proportionativa in se complicans cuncta

Exm

De casu Angelorum:

De Anima:

sine quibus perfecta discretio fieri nequit Quando n. sensi:
auditus movetur ad motum delectationis ob dulcem har
moniam concordanciam: et intra se invenit racionem
concordancie in numerali proporcione fundari disciplinam
racionandi de musicis concordanciis per numerum invenit
Videtur igitur anima esse viva illa unitas, numeri prin
cipium / inse omnem discretivum numerum complicans que
de seipsa numerum explicat: ut discretivæ lucis viva scintilla
seipsam expandens super illa que discernere cupit. et seipsam
ab hiis que scire non cupit, retrahens sicut visum sensi
bilem ad visibile quod videre cupit: convertit. et a visibili
quod respuit: avertit. Alber Hec audire concupivi Sed
cum supra deum dixeris unitatem: et modo animam
unitatem appelles: quomodo hec intelligere debeam dicito:
Cardinalis Deus est unitas illa que et entitas, omnia. ut
esse possunt: complicans In unitate que deus est complicatur
unitas anime racionalis ut esse potest: id quod est sci
licet ut est anima, in se, omnia notionaliter complicans In
unitate igitur que deus est: omnia ut esse et cognosci possunt:
complicantur. cum idem sit in deo unitas, et entitas Ideo
ibi esse, et cognosci, similiter idem sunt. Unitas autem que
est anima racionalis. non est idem cum ipsa entitate: que
est essendi forma per quam habet et ipsa anima, quod est.
Sed bene convertitur unitas anime cum sua propria entitate
licet non cum absoluta entitate: quia nec unitas anime est
absoluta sed est ipsius anime propria sicut et sua entitas.
Unde anima racionalis est vis complicativa omnium notionalium
complicacionum: Complicat n. complicacionem multitudinis
et complicacionem magnitudinis scilicet unius, et puncti,
Nam sine illis scilicet multitudine et magnitudine nulla
fit discretio Complicat complicacionem motuum. que compli
catio quies dicitur Nichil n. in motu nisi quies videtur
Motus est enim de quiete in quietem *[above: terminatus s.]* Complicat etiam compli
cationem temporis. que nunc seu presentia dicitur, Nichil n.

De anime compli cationibus

De anima per totum

in tempore nisi nunc repetitur. Et ita de omnibus complica-
tionibus dicendum. Scilicet quod anima rationalis est simpli-
citas omnium complicationum notionalium. Complicat enim
vis subtilissima animae rationalis in sua simplicitate omnes
complicationes: sine qua perfecta discretio fieri non potest.
Quare ut multitudinem discernat: unitati seu complica-
tioni numeri se assimilat. Et ex se notionalem multitu-
dinis numerum explicat. Sic se puncto assimilat qui com-
plicat magnitudinem: ut de se notionales lineas superficies et
corpora explicet. Et ex complicatione illarum scilicet unitatis
et puncti mathematicales explicat figuras, circulares et
polygonias quae sine multitudine et magnitudine simul ex-
plicari nequeunt. Sic se assimilat quieti: ut motum discernat.
Et praesentiae seu ipsi nunc, ut tempus discernat. Et in hae omnes
complicationes sunt in ipsa unite tamquam complicatio compli-
cationum exemplicatorie omnia discernit. et mensurat et
tempus et motum et agros, et quaeque quanta et invenit
disciplinas scilicet arithmeticam Geometriam musicalem
et astronomicam et illas in sua virtute complicari experitur.
Sunt enim illae disciplinae per homines inventae et explicatae. Disciplinae per homines inventae
Et cum sint incorruptibiles et semper eodem modo manentes:
et verae. Videt anima seipsam incorruptibilem. Semper
vere permanentem quoniam non sunt illae mathematicae
disciplinae nisi in ea et in eius virtute complicatae et
per eius virtutem explicatae adeo quod ipsa anima rationali
non existente illae nequaquam esse possent. Unde et decem prae-
dicamenta in eius vi notionali complicantur. Similiter
et quinque universalia, et quaeque logicalia et alia ad perfectam
notionem necessaria sive illa habeant esse extra mentem
sive non. quando sine ipsis non potest discretio, et notio
perfecte per animam haberi. Alber. Quantum mihi placet
intellexisse tempus quod est mensura motus sublata ratio

nali anima, non posse, aut esse, aut cognosci cum sit ratio
seu mensura motus. et quod notionalia, ut notionalia sunt,
ab anima hoc habent: que est notionalium creatrix sicut deus
essentialium Cardi. Creat anima sua inventione nova instru-
menta ut discernat et noscat ut ptolomeus Astrolabium et
Orpheus liram. et ita de multis neque ex aliquo extrinseco in-
ventores crearunt illa sed ex propria mente. Explicarunt enim in
sensibili materia conceptum Sic annus, mensis, hore, sunt
instrumenta mensure temporis, per hominem create. Sic
tempus cum sit mensura motus, mensurantis anime est
instrumentum Non igitur dependet ratio anime a tempore,
sed ratio mensure motus, que tempus dicitur: ab anima
rationali dependet quare anima rationalis non est tempori
subdita. sed ad tempus se habet anterioriter. sicut visus ad
oculum. qui licet sine oculo non videat tamen non habet
ab oculo quod est visus cum oculus sit organum eius Ita
anima rationalis licet non mensuret motum sine tempore
non tamen propterea ipsa subest tempori Sed potius e converso
cum utatur tempore pro instrumento et organo ad discre-
tionem motuum faciendam. Nullo igitur tempore motus discre-
tionis anime mensurari potest. ideo nec tempore finibilis
quare perpetuus Albertus. Clarissime video motum anime ratio-
nalis discretivum omnem motum et quietem, cum tempore
mensurantem, non posse cum tempore mensurari Artes
et disciplinę immutabiles tempore, quid aliud sunt.
quam ratio. quis dubitat rationem circuli super tempus
esse et omnem circularem motum naturaliter anteire.
Ideo a tempore penitus absolutam Et ubi ratio circuli
videtur. nonne extra rationem. ubi ratio. nisi in anima
rationali. Si igitur in seipsa rationalis anima videt
rationem circuli que est supra tempus: sive igitur anima
rationalis, sit ipsa ratio seu disciplina. seu ars: aut
sciencia: sive non sit Utique constat ipsam necessario supra
tempus esse. et hec satisfaciunt mihi, ut sciam rationalem

Animam non esse
subditam tempori

animam non posse ullo tempore deficere aut interire Sed
cum videam aliquem hominem ratione carentem, licet
sensu vigeat: dubito an anima illius. ut alterius bruti sit
estimanda Cardi Anima hominis una est: et rationalis dicitur
licet cum brutis sensitiva sit. nam ut alias me recolo
dixi Johanni in priori colloquia dixisse de trigono in tetra
gono vis sensitiva in homine non est brutalis anime
sed rationalis. quod in exemplo l per beatum Augustinum
in quartodecimo libro de civitate dei de Restituto presbitero,
manifestum factum est Alber Quomodo Cardi Refert quod
hic presbiter Restitutus calamiensis dyocesis, quando ei pla
cebat: aut rogabatur: ut faceret ad imitatas quasi cuiusli
bet lamentantis hominis voces. ita se auferebat a sensibus:
et iacebat simillimus mortuo ut non solum vellicantes atque
pungentes minime sentiret Sed aliquando etiam igne ure
retur admoto, sine ullo doloris sensu, et tamquam in defuncto,
nullus inveniebatur anhelitus: hominum tamen voces
clarius cum loquerentur: tamquam de longinquo se audire
postea referebat Hoc autem voluntate factum, ostendit
animam rationalem se a corpore retraxisse ita etiam ut
nichil sentiret Ex quo patet animam rationalem voluntate
separatam esse et sensitivam et vim rationalem dominari
potentie sensitive Una igitur est anima rationalis, et sensi
tiva in homine et licet non appareat in aliquo homine
exercitium rationis manifestum: non tamen propterea
anima est brutalis. Sicut si corpus adeo foret attenuatum
aut minutatum, quod videri aut tangi non bene posset
non tamen propterea corpus esse desinit: cum in non corpus
resolvi non possit Neque est possibile hominem penitus,
ratione semel habita, in infusione rationalis anime
posse postea spoliari licet non videatur aliquis rationis
usus Nam hic usus in uno est clarior in alio obscurior
Ideo numquam potest esse minimus. et penitus nullus etiam

si adeo paruus q discerni ab alijs non posset Hoc ex regla
docte ignorantie constat. que habet q in recipientibus
magis et minus. non est deuenire ad maximu et mini
mum simpliciter **Albertus** Cum stultitia. quam i multis
experimur hominibus ingerat dubium: an sit in ipsis
ratio: Videtur per simile hoc dubiu solui posse: hoc modo:
habent quidam nigros oculos. et nihil discernunt non
tamen propterea virtute visiua carent sed usu. qui ut appareat.
meliorem organi exigit dispositionem. Et sicut aliquando
oculus recipit meliorem dispositionem et tunc usus videndi
apparet aliquando manet indispositus et non aduenit
ita de stultitia que sanitate organi aduemente sine ~~mi~~ quo
usus rationis non pot adesse. usu rationis apparente
cessat et non cessat defectu organi non sublato Hoc vere
estimo: q sicut nunq reperitur oculus adeo indispositus
qn aliquam lucem sentiat: licet nihil discernat: ita
de stulto asserendum Et si hoc sit sicut: ut asseris: restant
tamen ad huc quedam: que me turbant: cum anima sit
causa motus corporis quomodo hoc fieri possit sine mu
tatione Et si mouendo mutatur anima: utiq; temporalis
est Omne enim quod mutatur: instabile et nequaq perpe
tuu esse potest **Cardi** Oportet ut dicamus animam mouere et
non mutari: uti Aristoteles dicebat Deum ut desideratum *Aristoteles*
mouere Manet n. in se fixum illud bonu ab omnibus desi
deratum: et ad se omnia mouet que bonu desiderant
Anima rationalis suam operationem intendit producere *De motu anime*
Intentione firma persistente mouet manus et instrumenta:
dum dolat lapidem statuarius Intentio uidetur in anima
immutabiliter persistere et mouere corpus et instrumenta
Sic natura quam mundi animam quidam appellant *Natura, mudi aia*
stante imobili et immutabili intentione exequendi imperium
creatoris: omnia mouet Et creator stante eterna imo
bili et immutabili intentione omnia creat Et quid est in *Intentio*
tentio nisi conceptus seu verbum rationale in quo omnia

rerum exemplaria Est enim formalis terminus infinita
tem omnis posse fieri determinans Vna igitur eterna
et simplicissima dei intentio, stans et permanens causa
est omnium. Sic in anima rationali Vna est precipua
et finalis intentio, acquirere scientiam dei. hoc est in se
habere rationaliter hoc bonum, quod omnia appetunt:
Nunquam enim illam mutat rationalis anima ut rationa
lis est Sunt et alie secunde intentiones que quando
ab illa prima intentione deviant mutantur primo
desiderio firmo permanente Et ob mutationem in
tentionum talium non mutatur anima rationalis
quia in prima intentione fixa permanet Et immu
tabilitas illius prime intentionis causa est mutatio
nis talium secundarum intentionum Alber Dixisti me
paucis: ut videam: in intentione in deo et anima
rationali per quam. et secundum quam operantur et mo
vent: stabiliter permanente, omnia fieri et moveri
Nec est hesitatio si intentio firma persistit. deum
et animam rationalem movere et non moveri nec
mutari Stante enim intentione: utique stat inten
dens. qui ab intentione non movetur Nec in deo
aliud est intentio quam deus intendens Sic nec in ra
tionali anima intentio est aliud quam intendens anima
Et id quod secundis intentionibus dixisti valde neces
sarium est advertere. et tollit plura dubia Car Dum
intendo videre visibile admoveo oculos: dum intendo
audire. admoveo aures Et dum intendo ambulare
admoveo pedes. Et generaliter dum intendo sentire
admoveo sensum Dum intendo videre. que sensi ad
moveo imaginationem seu memoriam Ad omnia
igitur corporalia mediante organo corporeo. pergo
Sed dum ad incorporea me convertere volo: removeo
me ab istis corporeis Et quanto verius illa speculari
intendo tanto verius me a corporeis retraho. ut dum

nolo uidere animam meam que non est obiectum
uisus sensibilis: melius clausis sensibilibus oculis ipsam
uidebo Et sicut animam instrumentum incorporea ui
dendi Vt dum disciplinas comprehendere intendo: ad
uirtutem anime intelligentialem me conuerto. Et
dum intendo videre omnium rerum rationem, et
causam ad intellectibilem anime simplicissimam for
tissimamque me conuerto uirtutem Vnde anima melius
uidet incorporalia quam corporalia. quia incorporalia, ad
se ingrediens uidet Corporalia uero a se egrediens Et
nichil in omnibus his nisi unum intendit scilicet omnium
et sui causam per suam rationalem fortitudinem vi
dere et comprehendere Vt dum omnium et suiipsius causam
et rationem in sua diuina ratione esse sentit summo
bono pace perpetua, et delectatione fruatur Rationalis
enim spiritus, natura scire desiderans: quid aliud querit.
quam omnium causam et rationem? nec querit nisi seipsam
sciat quod fieri nequit nisi suum sciendi desiderium
scilicet rationis sue eternam causam, in se ipsa scilicet
uirtute rationali: uideat et sentiat Calder Magna dicis
et certe, supremo cum feratur desiderio anima ratio
nalis ut discernat: et sciat quando ad id peruenit:
ut cum tanti desiderij in se ipsa scilicet defectiua
uideat uirtute. Vtique in se habet scientiam creatoris desiderij
et nichil appetere potest quod non in se ipsa uideat
Quid enim amplius desiderari posset: per scire desi
derantem, quomodo quando causatum sue cause sci
entiam in se intuetur Tunc enim sue creationis causam ratio
nem et artem habet que est omnis desiderij sciendi
perfectio et complementum quo nobis nichil rationali nec scire [*margin:* auidissime beatius]
feliciusque aduenire potest. Omnium enim scibilium artium
habere peritiam, modicum est respectu artis omnium artium
creatiue Solum michi difficile uidetur: creaturam,
quantumcumque rationalem et docilem creatiuam artem

capere posse: quam solus deus habet Car Ars creativa quam felix anima assequetur: non est ars illa per essentiam que deus est Sed illius artis communicatio et participatio: Sicut acquirere albedinem participatione albedinis absolute per essentiam talis et non acquisite non est transmutatio albi in ipsam albedinem: sed conformatio acquisite ad non acquisitam. Ubi acquisita nichil ex se potest. nisi in virtute non acquisite Non enim album dealbat nisi in virtute albedinis: a qua habet, ut sit album aut con forme albedini alba formanti Albertus Placent hec dicente scriptura de filio dei cum apparuerit in gloria, similes ei erimus, non ait quod erimus ipse. Sed quod dixisti de sensu anime rationalis modo intelligis sen sum esse in intellectuali natura Cardinalis Sepe preterean tes non sentimus, nec visu nec auditu, quia non sumus ad hoc attenti Sed quando sumus attenti: sentimus. nos in anima nostra rationem et scientiam sensibilium virtualiter possidemus non tamen actu sentimus huius veritatem: nisi attente ad hoc videndum, conversi fuerimus Licet enim musice scientiam habeam. tamen cum Geometrie vaco: non sentio me musicum Attenta igitur cogitatio me sentire facit intelligibilia: que non senseram: Sicut enim centrum omnium circulorum est in profundo occultatum: in cuius simplicitate vis est, omnia complicans. sic in centro anime rationalis complicantur omnia in ratione comprehensa. sed non sentiuntur: nisi attenta cogitatione vis illa concitetur et explicetur Albertus Optime ad omnia et gratissime res pondes Nunc ut video ad finem properas, aliquid queso circa occultum et patulum adiicias Videtur enim ex figura descriptionis cum omnem in centro occultari Cardi Deum absconditum [esse] ab oculis omnium sapientum scribitur. et omne invisibile in visibili occultatur. Visi bile est oculis manifestum. et invisibile ab oculis

Invisibilia latere in visibi libus

Aristoteles

De virtute naturali

De gradibus circulo

remotum Principia minima dicit Aristoteles quantitate
et maxima virtute Virtus spiritalis et invisibilis est.
et tante potentie est virtus scintille ignis quante totus
ignis Tanta virtus in uno minimo grano sinapis.
quanta in multis granis immo et in omnibus que
esse possunt Finis manifesti est occultum et extrinseci
intrinsecum Pelles et cortices propter carnes et medullas
Et ille propter intrinsecam vitalem et invisibilem vir
tutem Elementativa virtus in chaos occultatur et in
vegetativa occultatur sensitiva, et in illa imaginativa
et in illa logistica seu rationalis In rationali intelligen
tionalis In intelligentiali Intellectibilis In intellectibili
virtus virtutum hec in figura circulorum mistice legas
Circulus circumdans et extrinsecus figurat ipsum confusum
chaos Secundus virtutem elementativam. que est proxima
ipsi chaos, Tertius mineralem et hii tres circuli termi
nantur in quarto qui est circulus vegetativam figurans
Post illum est quintus circulus sensitivam figurans Deinde
sextus imaginativam: sive phantasticam figurans Et
hii tres circuli ~~terminant in~~ quarto quintus et sextus
in quarto terminantur: scilicet logisticam seu rationa
lem figurante et septimus est Deinde est octavus fi
gurans intelligentialem et nonus figurans intellec
tibilem Et hi tres scilicet septimus octavus et nonus
in quarto qui est decimus terminantur Alber Pulchra
nunc recitasti: quomodo de confuso ad discretum sit pro
gressio Et qua hac consideratione de omni imperfecto ad
perfectum ascenditur. de confusa tenebra ad discretam
lucem, de insipido ad sapidum: per medios sapores, de
nigro ad album per medios colores Ita de odoribus et
tinctis in quibus ad perfectum devenitur Atque in pre
posito exemplo de corporali natura ad spiritalem: cuius
experientiam homo in seipso reperit: et cur microcosmos
nominetur invenit: Ideo de ratione huius progressionis
adeo mirabilis et secunde ad omne scibile applicabili non

Microcosmus

pigriteris ad hec pauca saltem subiungere Cardi Sicut de
nario omnis discretio continetur ita necessario omnis pro
gressio in quaternario Nam unum et duo. et tria. et quatuor
decem sunt In quo cum discretio subsistat: ideo et discre
cionis progressio Neque possunt plures quam tres esse tales pro
gressiones quando tertia denario concluditur que necessa
rio sic se ad inuicem habent quod supremum prime sit infi
mum secunde. et supremum secunde sit infimum tercie ut sit
una continua pariter et trina progressio Igitur sicut prima
progressio recedens ab imperfecto finitur in quaternario
In secunda incipit in quaternario. et finitur in septenario
Et ibi tercia incipit: que denario perficitur huius capis
rationem audire quam sit intelliges | Ordo enim sit

De ordine.

de necessitate omnium operum dei Ut recte aptius aiebat
dicens quecumque adeo sunt ordinata sunt sine principio
medio et fine, nec esse nec intelligi potest Et autem
ordo perfectissimus et simplicissimus quo nullus, aut
perfectior aut simplicior esse potest qui est in omni
ordinato, et in quo omnia ordinata: modo quo in gene
rali propositione, in exordio premisimus In eo autem
ordine qui est omnium ordinum exemplar necesse est medium
esse simplicissimum cum ordo sit simplicissimus Erit igitur
adeo equale medium quod et ipsa equalitas. qui ordo non
potest per nos aliqua discretione capi nisi in ordinatis
sima progressione: que ab unitate incipit et ternario ter
minatur in qua medium simplicissimum, est equale medium
principii et finis Duo enim medium est precisum et equale
unius. et trium et precisa tertia totius ordinis et progres
sionis Aliter illum nos simplicissimum diuinum ordinem
nisi in premissa progressione discernere non possumus
Et cum medium sit equale medium sicut est indistinctum
ab equalitate: ita et in essentia manet idem cum prin
cipio et fine Diuersarum enim essentiarum non potest esse
precisa equalitas Omnis autem ordo qui habet quod est

ordo a iam dicto simplicissimo ordine non potest habere
simplex et equale medium est .n. omnis ordo excepto
simplicissimo compositus. Omne aut quod componitur:
ex inequalibus componitur Impossibile est .n. plures ptes
componibiles prorsus equales esse Non .n. essent aut plures
aut partes Neque equalitas est plurificabilis Ideo in primo
ordine simplicissimo, una est trium ypostasium equali
tas quia impossibile est plures esse equalitates quando plu
ralitas sequitur alteritatem et inequalitatem Si igitur
non potest esse in ordinato seu creato ordine simplex et
equale mediu, ideo nec in ternaria progressione conclu
ditur sed ultra progreditur in compositionem Quaterna
rius aut est immediate a prima progressione exiens
et non exiret nisi ordinata esset progressio Quare id
quod ordinata progressio, de prima ordinatissima exiens
requirit necessario in ipsa quaternaria existit ideo
habet compositum medium scilicet duo et tria. quinque
medietas scilicet de decem Sic se habent quatuor quinque
sex septem, octo novem. decem et ita vides concordiam
rationem Alber Magna est rationis vigorositas ut
video Sed miror de eo: quod dixisti nichil ex equalibus
componi Nonne ex duobus binariis quaternarius est
compositus Cardi Nequaquam Omnis enim numerus est aut
par aut impar Et cum componitur non nisi ex
numero componitur scilicet ex pari et impari sive ex
unitate et alteritate Quantitatem quaternarij esse ex
duobus binarijs non nego Sed eius substantiam non nisi
ex pari et impari Oportet .n. inter partes que debent
componere aliquid proportionem esse ideo et diversitatem
Ob hoc recte boetius aiebat ex paribus nichil componi
harmonia .n. ex acuto et gravi ad invicem proportiona
tis componitur ita et omnia Unde quaternarius ex terna
rio et altero componitur Ternarius est impar: Alter
par Sicut binarius ex uno et altero Alteritas par dicitur

De quaternario

Boetius

ꝓpter casum ab unitate indiuisibili: in diuisibilitatem
que in pari est Sic quaternarius ex ternario scilicet
impari et indiuisibili et altero scilicet diuisibili componi
Omnis enim nūs ex numero componitur quia ex vno
et altero Vnum et alterum nūs est De his alias me-
minimus latius scripsisse maxime in libello de mente

Libellus de Mente

Nunc hec sic repetita sint ut racionem seu uirtutem
anime discretiuam in numero qui ex mente nostra
est melius cognoscas Ac q nūs illa discretiua ex eodem
et diuerso et vno et altero composita dicitur. Vti nūs
quia nūs discretione mentis nostre numerus est et eius
numerare est vnū communiter multiplicare et plurificare.

Quid sit numerare

quod est vnū in multis. et multa in uno et vnū ab
altero discernere Pythagoras aduertens nullam posse fieri
nisi per discretionem scienciam de omnibus per numerum

Pythagore Commendatio

philosophatus est Neqz arbitror quemquam racionabi
liorem philosophandi modū assecutū Quem. quia plato
imitatus est merito magnus habetur [altertius] hec sic ut asseris:

Optimus philosophandi modus

admitto Nunc ergo cum dies ad uesperam tendat: hoc

plato imitator pithagore

colloquium ualere: memoriaqz dignum. delectabili con
clusione facito ~~Albertus~~ Car Conabor et non uideat michi
quomodo melius, que dixi: ualere faciam q̄ si de
ualore loquar Albert Optime Cardi Bonum et nobile
atqz preciosum est esse Ideo omne quod est. non est

De precio entis

ualoris expers Nichil enim penitus esse potest quin aliquid
ualeat Neqz reperiri potest quitquam minimi ualoris
ita q minoris ualoris esse nequeat neqz adeo magni
ualoris quitquam est quin maioris esse possit Solus autem
ualor qui est ualor ualorum et qui in omnibus que ualent est Et in quo: que ualent exist.
existunt in se omnem ualorem complicat. et plus aut minus
ualere nequit hunc igitur absolutum valorem, omnis valo
ris causam, in centro circulorum omnium ciuitatum con
cipito Et extremū circulum ualorem extremum. et prope

nichil facito et quomodo in denarium, vnitemia progressione augetur: modo sepectacto considera et dulcem speculacione subintrabis Alber Puto si ad precium valoris sermonem contraheres magis nos instrueres Cardi forte de pecunia dicere intendis Alber Sic volo Cardi Pecuniam faciam Sed tunc attende, quomodo valor rerum omnium non est nisi esse ipsorum omnium Et sicut in simplicitate maximo valore Vno et primo incomposito et indivisibili Verissime omnis omnium valor existit Ita in entitate simplicissima omnium esse Sicut enim in valore alicuius floreni est valor mille parvulorum denariorum et in duplo meliori floreno, duorum milium et ita in infinitum: Ita in optimo quo melior esse non posset infinitorum denariorum valorem esse necesse esset Et sicut hoc vides verum ita veraciter et realiter verum esset Alber Vtique sic est Cardi Primum autem tu in tripode hoc verum vides quod valet ille mentis tue oculus in sua virtute valorem omnem discernens Nam in ipso visu valor omnium et valores singulorum sunt sed non ut in valore valorum Non enim propterea quia mens videt id, quod omnia valet, ideo ipsa omnia valet Non enim sunt in ipsa valores, ut in sua essentia Sed ut in sua notione Est enim valor ens reale Sicut et valor mentis est ens aliquid Et ens reale: Et ita est in deo ut in essencia valoris, et est ens notionale et quia cognosci potest et ita est in intellectu ut in cognoscente valorem, non ut in maiori valore Aut ut in causa et essencia valoris Nam per hoc quod intellectus noster congnoscit minorem aut maiorem valorem, propterea non est maior, aut minor valor: quia hec cognicio essenciam valori non prestat Alber Nonne hec cognitio maioris valoris, quanto sit valor cognoscentis adauget valorem cognoscentis Cardi Valor cognitionis cognoscentis augetur in eo, quod plura cognoscit sive illa sint maioris sive minoris valoris: quanto sit valor cognoscentis Non enim

ualor cogniti intrat in ualorem cognoscentis. ut faciat
ualorem cognoscentis maiorem. licet melioret cognitio
Sicut .n. cognoscere malum non facit cognoscentem peyo
rem. aut cognoscere bonum meliorem: facit enim tamen
melius cognoscentem Alber Intelligo nam sic dicimus
aliquem ualentem doctorem: licet plures non docti, plus
eo ualeant. tamen ualor intellectualis nature magnus
ualde est quia in ipsa est discretio ualorum que est mira
bilis, et cuncta discretione carentia excellens Cardi Dum
profunde consideras, intellectualis nature ualor, post ua
lorem dei, supremus est Nam in eius uirtute est dei et
omnium ualor notionaliter et discretiue Et quamuis intellectus
non det esse ualori: tamen sine intellectu, ualor discerni
etiam. ni quia est: non potest Semoto .n. intellectu
non potest sciri an sit ualor. non existente uirtute ra
tionali, et proportionatiua, cessat estimatio, qua non exis
tente, utique ualor cessaret In hoc apparet preciositas
mentis quoniam sine ipsa omnia creata ualore caruissent
Si igitur deus uoluit opus suum debere estimari aliquid
ualere: oportebat inter illa intellectualem creare naturam
Albertus Videtur quod si deum ponimus. quasi monetarium:
erit intellectus quasi nummularius Cardi Non est absurda
hec assimilatio: quando concipis deum quasi omnipo
tentem monetarium: qui de sua excelsa et omnipotenti
uirtute producere potest omnem monetam Ac si quis
tante potentie esset: quod de manu sua quamcunque uellet
monetam produceret et statueret nummularium, habentem
in sua uirtute omnium monetarum discretionem. et numme
rande scientiam. monetandi arte tantum sibi reseruata
Nummularius ille nobilitatem monetarum et ualorem
numerum, pondus, et mensuram quam a deo moeta
haberet: patefaceret. ut precium ipsius monete et ualor

atque per hoc potentia monetarij nota fieret: apta foret similitudo Alber Magna esset huius potentia monetarij: qui in ea contineret omnem omnium monetarum thesaurum et ab illa posset producere novas, et antiquas aureas argenteas, et ereas maximi et minimi et medij valoris monetas. manente semper thesauro eque infinito inexhauribili et inconsumptibili. Magnaque foret nummularij discretio: discernendi has omnes quantumcumque varias monetas numerandi, ponderandi et mensurandi, omnem omnium valorem Sed ars dei in infinitum vinceret artem nummularij. quia ars dei faceret esse Ars nummularij faceret tantum cognosci Cardi Nonne sic vides alium essendi modum monete in arte omnipotentis monetarij Alium in Monetabili materia. Alium in motu, et instrumentis ut monetatur. alium ut est actu monetata Et hi omnes modi circa esse ipsius monete consistunt Deinde est alius modus, qui circa illos essendi modos versatur. Scilicet ut est in ratione discernente monetam Id quod facit monetam seu numisma, imago seu signum est eius cuius est quod si est Monetarij: ipsius habet imaginem puta facei sue similitudinem ut christus nos docet: quando ostenso numismate, interrogavit: cuius esset imago. et responsum est cesaris. facies notitia est. per faciem discernimus unum ab alio Una est igitur facies monetarij in qua cognoscitur et que ipsum revelat que aliter esset invisibilis et incognoscibilis Et huius facie similitudo cum sit in omnibus numismatibus non nisi notitiam seu faciem monetarij cuius est moneta ostendit Neque aliud est imago quam nomen suprascriptum Sic dicebat christus Cuius est imago et suprascriptio eius Responderunt Cesaris Facies igitur et nomen et figura substantie et splendor patris per quem pater Monetarius facit seu monetat sive signat omnia Et cum sine signo tali non sit moneta Id unum quod in omni moneta signatur. est exemplar

Christus

rinium et formalis causa omnium monetarum Vide si monetarius fuerit unitas seu entitas: equalitas que naturaliter unitate generatur est causa formalis entium: In equalitate igitur una et simplici vides veritatem omnium que sunt aut esse possunt: ut sint, per entitatem signata Vides et in ipsa equalitate unitatem: ut in filio patrem Omnia igitur que sunt: aut esse possunt: in illa figura substantie patris creatoris complicantur Est igitur creator monetarius in omnibus monetis per figuram substantie eius, sicut signatum unum, in multis signis Nam si in omnibus nummismatibus respexero ad quidditatem signati: non nisi unum video, cuius est moneta Et si ad signa monetariorum me convertero plura nummismata video quia unum signatum in pluribus signis signatum video, Sed adverte: quomodo monetabile signatum signo, est nummisma seu moneta Puta es signatum et moneta signatum scilicet signo similitudinis signantis Monetabilis materia, signo fit nummisma Et dic materia signata, seu signata que recipit determinationem possibilitatis essendi nummum Sic video signatum, ante signum in signo, et post signum Ante signum ut veritas que est ante suam figuram: In signo, ut veritas in imagine Et post signum ut signatum, a signo est signatum Primum signatum est infinita actualitas Ultimum signatum est infinita possibilitas Medium signatum est duplex: aut ut primum est: in signo, aut ut signum est in ultimo Primum signatum, quod infinitam dixi actualitatem dicitur ipsa absoluta necessitas que est omnipotens omnia cogens cui nihil resistere potest Ultimum signatum scilicet infinita possibilitas dicitur: et absoluta et indeterminata possibilitas Inter illos essendi extremos modos, sunt duo Unus est contrahens necessitatem, ut complexum et vocatur necessitas

Absoluta necessitas:

Infinita possibilitas

Necessitas complexionis

sitas complexionis ut necessitas essendi hominem Illa
n essendi necessitas, ad hominem contracta, complicat
ea que ad istum essendi modum sunt necessaria que
humanitas dicitur Ita de omnibus Alius eleuans pos
sibilitatem in actum per determinationem uocatur
possibilitas determinata: ut est iste florenus, aut iste
homo Considera igitur monetam aliquam puta
papalem florenum et facito ipsum in tuo conceptu uiuum
uita intellectuali et quod in se mentaliter respiciat Tunc
se speculando hec et cuncta que dicta: aut dici possunt
reperiet Nullum animal est adeo obtusum, quod se
ab alijs non discernat, et in sua specie, alia eiusdem
spei, non cognoscat Sed viuens uita intellectuali omnia
intelligibiliter, hoc est omnium in se notiones reperit Com
plicat n vis intellectiua omnia intelligibilia Omnia que
sunt intelligibilia sunt Sicut omnia colorata sunt visibilia
Excedunt aliqua visibilia visum ut excellens lux et ali
qua adeo minuta sunt quod non immutant uisum et
illa directe non videntur Videtur n. excellentia lucis
solaris, negatiue, quia id, quod videtur non est sol

Solem esse inuisibilem

cum tanta sit lucis eius excellentia quod videri nequeat
Sic id quod uidetur non est indiuisibilis punctus cum ille

Punctum non videri

sit minor: quam quod uideri potest Eo modo intellectus
uidet negatiue infinitam actualitatem seu deum et
infinitam possibilitatem seu materiam Media affir
matiue uidet: in intelligibili, et rationali uirtute Mo
dos igitur essendi: ut sunt intelligibiles: intellectus intra
se, ut uiuum speculum contemplatur Est igitur intel
lectus ille nummus, qui et nummularius sicut deus
illa moneta, que et monetarius Quare intellectus re
perit sibi congenitam uirtutem omnem monetam cog
noscendi, et numerandi Quomodo aut uiuus ille
nummus qui intellectus in se omnia intellectualiter querens
reperiat: exemplum aliquale capere potes in ijs que

ego in intellectum respiciens propalaui. Que acutius quam ego
subintrans precisius uidere et reuelare poterit. et hec
sic de monetario, et nummulario dicta sint. Albertus
Abunde que simpliciter protuli adaptasti. Illud solum pro
mea instructione audias. Videtur enim quod uelis dicere. si flore
nus papalis uiueret uita intellectuali. utique se florenum
recognosceret et ideo monetam illius cuius signum et ima
ginem haberet: cognosceret. enim quod a seipso esse florenum non
haberet sed ab illo qui suam imaginem ei impressisset
et per hoc quod in omnibus uiuis intellectibus similem vide
ret imaginem eiusdem omnes monetas esse cognosceret
Vnam igitur faciem in signis omnium monetarum uidens.
Vnam equalitatem per quam omnis moneta esset actu
constituta uideret omnis possibilis eiusdem monete causam
etiam bene videret, non sit moneta monetata. quod fieri
potuit moneta et fuit prius monetabilis ante quam actu mo
netata. et ita in se uideret materiam quam impressio signi
determinauit esse florenum. et cum sit moneta eius, cuius
est signum, tunc esse suum haberet a Veritate, que est in signo
Non a signo materie impresso propter quod Vna ueritas in Varijs
signis uarie materiam determinat Non enim possunt esse plura
signa nisi concomitetur pluralitatem Varietas nec potest
ueritas in Varijs signis nisi Varie materiam determinare
Ex quo euenit, non posse nisi omne numisma, cum alio
numismate, concordare cum sint nummi concordantes
in eo quod eiusdem sunt monete. Et differentes inter se
sint Varij Talia quidem et multa alia in se Viuus ille
florenus uideret Cardinalis Plane cuncta que dixi: resumpsisti
Singularius tamen memorie commenda quomodo non
est nisi Vna uera, et precisa, ac sufficientissima forma,
omnia formans in Varijs signis Varie resplendens et
formabilia Varie formans determinansque seu in actu
ponens

Finis Libri secundi de Globo

Legisti quecunque globi studiose libellum
Quem Baioharie scripsimus ante duci:
Hunc quoque, qui sequitur: castis secessibus hauri.
In quo iam rerum copia maior erit
Nam veluti abstrusis paulatim viribus arbor
Spargitur occulto lata per arva pede
Sic opus eternum divine mentis in arctis
Mansurum foliis, etheris arce venit
Num queat ingenium rerum cognoscere fas
Cernitur hic: ubi mens se et sua iura videt.
Conscendat sed enim tanti in speculaminis arcem.
Quis? nisi quem summo amore tollat amor deus.
Inclitus. egregium, fratre et comitatus honesto
Dux Alberte, ducum gratia, plaude patri
Extrema est quoniam manus hoc impressa libello
Aurea, quod in lucem prodere scripta parent.

De pace fidei

Fuit ex hiis que apud Constantinopolim proxime
seuissime acta per turcorum Regem diuulgabantur
quidam zelo dei accensus, qui loca illarum regionum
aliquando viderat, ut pluribus gemitibus oraret omnium
creatorem, quod persecucionem que ob diuersum ritum reli-
gionum plus solito seuiret sua pietate moderaret. Accidit
ut post dies aliquot forte ex diuina continuata me-
ditatione, visio quedam eidem zeloso manifestaretur, ex
qua sibi elicuit, quod paucorum sapientum omnium talium diuersi-
tatum que in religionibus per orbem obseruantur, peritia
pollencium, vnam posse facilem quandam concordan-
tiam reperiri, ac per eam in religione perpetuam pacem
conuenienti ac veraci medio constitui. Unde ut hec visio
ad noticiam eorum qui hiis maximis presunt aliquando
deueniret, eam quantum memoria presentabat plane subter
conscripsit. Raptus est enim ad quandam intellectualem
altitudinem, vbi quasi inter eos qui vita excesserunt, exa-
men huiusmodi rei, in consilio excelsorum, presidente cuncti-
potenti ita habitum est. Aiebat enim rex celi et terre,
ad eum de regno huius mundi tristes nuncios gemitus
oppressorum attulisse, ob religionem plerosque inuicem arma
mouere, et sua potentia homines aut ad renegationem
diu obseruate secte cogere, aut mortem inferre. Fueruntque
permulti horum lamentatorum ex vniuersa terra geruli,
quos rex in pleno sanctorum cetu proponi mandauit. Vi-
debantur autem omnes illi quasi noti celicolis a rege ipso
vniuersi, ab inicio super singulas mundi prouincias et sec-
tas constituti. Non enim habitu ut homines, sed intellectuales
virtutes apparebant. Dicebat autem princeps vnus omnium
talium missorum vice hanc sententiam. Domine rex vniuersitatis,
quid habet omnis creatura quod ei non dedisti. Ex limo
terre placuit corpus hominis formatum spiritu rationali per
te inspirari, ut in eo reluceat ineffabilis virtutis tue
ymago. Multiplicatus est ex vno populus multus qui occu-
pat aride superficiem. Et quamuis spiritus ille intellectualis

servilitatis in terra absortus in umbra non videat lucem
et ortus sui initium, tu tamen concreasti eidem ea omnia
per que excitatus admiratione eorum que sensu attingit, possit
aliquando ad te omnium creatorem oculos mentis attollere et
tibi caritate summa reuniri, et sic demum ad ortum suum
cum fructu redire. Sed nosti domine quod magna multitudo non
potest esse sine multa diversitate, atque quod laboriosam erump-
nis et miserijs pene omnes, vitam ducere coguntur, et ser-
vili subiectione regibus qui dominantur subesse. Ex quo factum est

Cur reges et prophete dati

quod pauci ex omnibus tantum otij habent, ut propria utentes arbi-
trij libertate ad sui notitiam pergere queant, multis
enim corporalibus curis et servicijs distrahuntur. Ita te qui
es deus absconditus querere nequeunt, quare preposuisti eis
diversos reges, atque videntes qui prophete dicuntur in populo tuo
quorum plerique legationis tue officio usi tuo nomine cultum
et leges instituerunt, et rudem populum instruxerunt, has
leges perinde, ac si tu ipse rex regum facie ad faciem eis
locutus fuisses acceptarunt, non eos sed te in ipsis audire
credentes. Varijs autem nationibus varios prophetas et
magistros misisti, et alios uno, alios alio tempore. Habet
autem hoc humana terrena condicio quod longa consuetudo,
que in naturam transisse accipitur pro veritate defenditur.
Sic eveniunt non parve dissensiones, quando quelibet communitas
suam fidem alteri prefert. Succurre igitur tu qui solus
potes. Propter te enim, quem solum venerantur, in omni eo quod
cuncti adorare videntur, est hec emulatio. Nam nemo appetit
in omni eo, quod appetere videtur, nisi bonum quod tu es.
~~quid querit Viuens nisi viuere~~, neque quisque aliud
omni intellectuali discursu querit, quam verum quod tu es. Quid
querit vivens nisi vivere, quid existens nisi esse.
Tu ergo qui es dator vite et esse, es ille qui in diversis
ritibus differenter queri videris, et in diversis nominibus
nominaris, quoniam uti es, manes omnibus incognitus et ineffa-
bilis. Non enim qui infinita virtus es, aliquid eorum es.
que creasti, nec potest creatura infinitatis tue conceptum comprehendere,
cum finiti ad infinitum nulla sit proportio. Tu autem omnipotens

deus potes te, qui es invisibilis, modo quo capi queas, cui vis
visibilem ostendere. Noli igitur amplius te occultare domine
sis propitius et ostende faciem tuam, et salvi erunt omnes populi
qui amplius venam vite et eius dulcedinem, parum etiam
pregustatam deserere nequeunt. nam nemo a te recedit nisi quia
te ignorat, si sic facere dignaberis cessabit gladius, et
odij livor, et queque mala, et cognoscent omnes, quomodo non est
nisi religio una in rituum varietate, quod si forte hec diffe
rentia rituum tolli non poterit, aut non expedit, ut diversitas
sit devotionis adauctio, quando quelibet regio suis cerimo
nijs quasi tibi regi gratioribus vigilantiorem operam im
pendet, saltem ut sicut tu unus es una sit religio et unus
latrie cultus. Sis igitur placabilis domine, quia ira tua est
pietas, et iustitia misericordia, parce debili creature tue
Ita nos tui commissarij quos populo tuo custodes dedisti.
et hic intueris, tuam maiestatem omni nobis possibili
exorationis modo suppliciter deprecamur

Ad hanc Archangeli supplicationem cum omnes celi
cives se pariter regi summo inclinarent, dicebat qui
in trono sedebat, hominem suo arbitrio dimissum et in quo
capacem eum suo consortio creasset, sed quia animalis et ter
renus homo sub principe tenebrarum in ignorantia detinetur,
Ambulans secundum conditiones vite sensibilis, que non est nisi
de mundo principis tenebrarum, et non secundum intellectualem
interiorem hominem cuius vita est de regione originis sue,
hinc dicebat se multa cura et diligentia per varios
prophetas qui aliorum comparatione videntes erant, deviantem
hominem revocasse, et tandem quando nec omnes ipsi prophete
sufficienter principem ignorantie superare possent, verbum
suum misisse, per quod fecit et secula, quod induit huma
nitatem, ut sic saltem hominem docilem liberrimi arbitrij
illuminaret. et videret non secundum exteriorem. sed
interiorem hominem ambulandum, si aliquando reverti speraret
ad immortalis vite dulcedinem, et quia verbum suum induit
hominem mortalem. et in sanguine suo perhibuit testimonium
veritati illi, scilicet hominem capacem esse eterne vite, propter quam

Cur verbum dei in corpus humanum venerit

assequendum animalis et sensibilis vita pro nihilo habenda
sit, quoniam ipsa eterna vita non sit nisi interioris hominis
ultimum desiderium, scilicet veritas que solum appetitur et uti eterna
est eternaliter pascit intellectum, que quidem veritas intellectum
pascens non est nisi verbum ipsum in quo complicantur
omnia et per quod omnia explicantur, et quod humanam
induit naturam ut quilibet homo secundum electionem
liberi arbitrii in sua humana natura in homine illo qui et
verbum immortale veritatis pabulum se assequi posse non
dubitaret. Addens et tu hec acta sint quid est quod fieri
potuit et non est factum

Ad quam interrogationem Regis Regum verbum caro
factum omnium celicolarum principatum tenens omnium vice
respondit, pater misericordiarum, et si opera tua perfectissima
sint, et non restet pro eorum complemento quidquam adiciendum,
tamen quia ab initio decrevisti hominem liberi arbitrii manere
et tu nihil stabile in sensibili mundo perseveret, varienturque
ex tempore opiniones et coniecture fluxibiles similiter et lingue
et interpretationes, indiget humana natura crebra visitatione
ut fallacie que plurimum sunt circa verbum tuum extirpentur
ut sit veritas continue elucescat que tu sit una et non possit
non capi per omnem liberum intellectum, perducetur omnis religionum
diversitas in unam fidem orthodoxam. Placuit regi
et advocatis angelis, qui omnibus nationibus et linguis
presunt iubet precepit ut unum peritiorem ad verbum caro
factum adduceret, et mox in conspectu verbi comparuerunt viri
graviores mundi huius quasi in extasim rapti quos verbum
dei sic alloquebatur. Audivit dominus rex celi et terre gemi-
tum interfectorum et compeditorum et in servitutem redactorum qui ob
religionum diversitatem patiuntur, et quia omnes qui hanc aut
faciunt aut patiuntur persecutionem non aliunde moventur
nisi quia sic saluti credunt expedire et suo creatori placere,
Misertus est igitur dominus populo et contentatur omnem religionum
diversitatem communi omnium hominum consensu in unicam concorditer
reduci amplius inviolabilem. Hoc onus ministerii nobis
viris electis committit, dando nobis assistentes ex sua curia

administratorios angelicos spiritus qui nos custodiant ac dignum
locum deputans iherusalem ad hoc aptissimum
Ad hec unus preceteris senior et ut apparuit grecus, premis-
sa adoratione respondit, laudes deo nostro dicimus, cuius
misericordia super omnia opera eius qui solus potens est efficere
quod in unam concordantem pacem tanta religionum diversitas con-
ducatur, cuius precepto nos factura eius, non possumus non
obedire, oramus tamen nunc instrui quomodo hec per nos religionis
unitas possit introduci, Nam aliam fidem ab ea quam natio
quelibet etiam sanguine hactenus defendit nostra persuasione
difficulter acceptabit Respondit Verbum, Non aliam fidem sed
eandem unicam undique presupponi reperietis Vos enim qui nunc
adestis inter vestre lingwe consortes sapientes dicimini, aut
saltem philosophi seu sapientie amatores Ita est inquit grecus Si igitur
omnes amatis sapientiam, nonne ipsam sapientiam esse presuppo-
nitis. Clamabant omnes simul dubitare neminem eam esse
Subiunxit verbum Cum autem non potest esse nisi una sapientia
si enim possibile foret plures esse sapientias, illas ab una
id esse necesse esset, Ante enim omnem pluralitatem est unitas
Grecus nemo nostrum hesitat in hoc, quin sit una sapientia
quam omnes amamus et propter quam philosophi nominamur, cuius parti-
cipatione sunt multi sapientes, sapientia ipsa simplici et
indivisa in se permanente, Verbum concordatis igitur omnes unam
esse simplicissimam sapientiam cuius vis est ineffabilis, et experitur
quisque in explicatione virtutis eius ineffabilem ac infinitam vim
illam, quando enim visus ad ea que visibilia sunt se convertit et
quicquid intuetur attendit, ex vi sapientie prodiisse Ita de auditu
et singulis que sensus attingit, invisibilem sapientiam omnia excedere
affirmat Grecus. Nec nos qui fecimus hanc philosophie profes-
sionem alia via dulcedine sapientie quam rerum que sensui subiacent
admiratione pregustatam amamus, quis enim non moreretur
pro adipiscenda tali sapientia, ex qua omnis emanat pulcritudo,
omnis dulcedo vite, et omne desiderabile In opificio hominis
quanta relucet virtus sapientie, in membris, ordine membrorum
vita infusa armonia organorum motu et demum in spiritu ra-
tionali qui capax est artium mirabilium et est quasi signaculum
sapientie in quo super omnia ut in propinqua ymagine relucet

sapia eterna ut veritas in ꝓpinqua similitudine, et q̄
sup omnia mirabilius est relucentia illa sapie per vehe
mentem conversione spūs ad veritatē plus ac plus accedit
quousqꝫ viva ipa relucentia de umbra ymaginis continue
verior fiat et conformior vere sapie Licet absoluta ipa
sapia nūqua sit uti est in alio attingibilis, ut sic sit
perpetuus et indeficiens cibus intellectualis ipa eterna
inexhauribilis sapientia Verbū Recte incedetis ad ppm
quo tendimus ꝓpositum omnes igr̄ vos et si diversarum
religionum vocemini unū presupponitis in oī diversitate tali,
qd sapiam noiatis, sꝫ dicite ꝯplectitur ne una sapia omē
quod dici potest, Respondit ytalus

Immo non est verbū extra sapiam, verbū enī summe
sapientis in sapientia est, et in verbo sapientia nec
quicq̄ extra eam omnia enī infinita complectitur
sapia, verbū. Si quis igr̄ diceret omnia in sapia creata et
alius omnia in vbo creata. diceret ne illi idem aut diversū
Ytalus licet appareat diversitas in dictione est tamen idem
in sententia, Nam creatoris verbū in quo cuncta creavit
nō pot esse nisi sapia eius Verbū Quid igr̄ apparet vobis
est sapientia illa deus aut creatura Ytalus quia deus creator
omnia creat in sapia ipē est necessario sapientia create
sapientie, an enī omnem creaturam est sapientia per quā
omē creatū id est quod est. Verbū Sic sapiencia est eterna
q̄ an omne initiatū et creatū Ytalus. Nemo negare
pot quin id quod intelligr̄ esse an omē principiatum sit
eternū Verbū est ergo principium Ytalus ita est Verbum
ergo simplicissimum omē enī compositū est principiatū compo
nencia enī non pūt esse post compositum Ytalus ffateor
Verbū Sapientia igr̄ est eternitas Ytalus. Nec hoc aliter esse
pot Verbū Non est aūt possibile plures esse eternitates q̄
an omnem pluralitatem est unitas Ytalus Neqꝫ id quisqꝫ
diffitetur Verbū est igr̄ sapia deus unus simplex eternus
principiū omī Ytalus ita nēe est Verbū Ecce quō vos variar
sectarum phi in religione unius dei quem omnes presuppo
nitis in eo q̄ vos amatores sapientie profitemini concordatis
Arabs

hic arabs exorsus

Si arabs exorsus respondit. quo nichil clarius nec
verius dici potest. Verbum. Sicut autem vos profi
temini ex eo quia amatores sapiencie absolutam
sapienciam putatis ne homines intellectu vigentes non amare
sapienciam. Arabs. puto verissime omnes homines natura appe
tere sapienciam cum sapiencia sit vita intellectus qui alio
cibo quam veritate et verbo vite seu pane suo intellectuali. qui
sapiencia est in vita sua conservari nequit, sicut enim omne
existens appetit omne id sine quo existere non potest, Ita
intellectualis vita sapienciam Verbum Omnes ergo homines
profitentur nobiscum unam absolutam sapienciam esse quam presuppo
nunt que est unus deus. Arabs. Sic est. et aliud nemo
intelligens asserere potest, Verbum Una est igitur religio et
cultus omnium intellectu vigencium, que in omni diversitate
rituum presupponitur. Arabs. Tu es sapiencia quia verbum dei
queso cultores plurium deorum quomodo cum philosophis in uno deo con
currunt Nam nullo umquam tempore philosophi aliter sensisse repe
riuntur quam quod impossibile sit esse plures deos quibus uno
superexaltatus non presit qui solus est principium a quo
alij habent quicquid habent multo excellencius quam monas
in numero, Verbum omnes qui umquam plures deos coluerunt di
vinitatem esse presupposuerunt illam enim in omnibus
dijs tamquam in participantibus eandem adorarunt Sicut
enim albedine non existente non sunt alba, ita divinitate
non existente non sunt dij, cultus igitur deorum confitetur
divinitatem, et qui dicit plures deos dicit unum
antecedenter omnium principium sicut qui asserit plures sanctos
unum sanctum sanctorum cuius participacione omnes alij sancti
sunt admittit, Numquam gens aliqua adeo stolida fuit
que plures crederet deos, quorum quilibet foret prima causa
principium aut creator universi. Arabs. Ita puto. Nam
contradicit sibi ipsi plura esse principia prima. princi
pium enim cum non possit esse principiatum, quia a seipso foret
principiatum et esset antequam esset quod non capit racio
ideo principium est eternum, et non est possibile plura
esse eterna quia ante omnem pluralitatem unitas. ita
unum necessario erit principium et causa universi ob hoc
non reperi hactenus gentem aliquam in hoc a veritatis

uia declinasse Verbum Si igitur omnes qui plures deos uene
rantur respexerint ad id quod presupponit scilicet ad deitatem
que est causa omnium et illam uti racio ipsa dictat in
religione manifestam assumpserint sed ipsam impli
cite colit in omnibus quos deos nominant lis est disso
luta. Arabs. forte hoc non foret difficile sed tollere cul
turam deorum erit graue, Nam populus suffragia sibi ex
cultura prestari pro certo tenet et inclinatur ob hoc
pro sua saluatione ad illa numina Verbum. si de sal
uatione pari iam dicto modo informaretur populus
potius quereret saluatorem in eo qui dedit esse et est
ipse saluator atque saluatio infinita quam in hiis que
ex se nichil habent nisi ab ipso saluatore concedatur
ubi uero populus qui sancti habiti sunt omnium opinione
quia deiformiter uixerunt confugeret quasi ad accepti
intercessorem in quadam aut infirmitate aut alia necessitate
aut eidem dulia ueneratione adoraret, seu eius memoria
reuerentur ageret quia amicus dei et cuius uita est imitanda
dummodo Uni soli deo omnem daret latrie cultum, non
contradiceret unice religioni et hoc modo populus
facile quietaretur. hic Indus

Quid tunc de statuis et simulacris, Verbum
ymagines que ad notitiam deducunt ea que in
uero Unius dei cultu conceduntur non dampnantur
sed quando a cultu latrie Unius dei abducunt quasi in ipsis
lapidibus sit aliquid diuinitatis et statue alligetur tunc
quia decipiunt et a ueritate auertunt merito confringi deberent
Indus. difficile est populum auertere ab inueterata ydolatria
ob responsa que dantur Verbum raro hec responsa aliter
quam per sacerdotes qui sic numine referunt respondisse
fabricantur Nam quesito proposito aut arte aliqua quia
ex celi dispositione in obseruancia perduxerunt aut forte
confingunt responsum quod numini ascribunt, quasi
sit celum aut appollo uel sol iubeat respondere quia propterea
accidit illa plerumque esse aut ambigua ne apte conuincantur
de mendacio aut penitus mendosa, et si aliquando uero
casu uera et quanto sacerdos est bonus conjector melius
diuinat et responsa ueriora Indus compertum est sepe

spiritum quendam statue alligatum patenter responsa dare
verbum. Non enim hominis aut appollinis vel esculapij
aut alterius qui pro deo colitur sed spiritus nequam ante ab
initio humane salutis inimicus fuit se fide per hominem
aliquando sed raro statue alligari et ad responsa cogi
ut sic deciperet. sed postquam detecta est fallacia cessavit
unde hodie os habent et non loquuntur. postquam experimento
comperta est hec fallacia seductoris in multis regionibus
propterea dampnata est ydolatria. pene per omnia
sapientiorum hominum loca et non erit difficile similiter
in oriente ad invocationem unius dei fallaciam ydolatrie
detegi ut sic alijs ceteris mundi nationibus conformentur
Indus Detectis fallacijs patentibus atque quod ob illas romani
prudentissimi similiter et greci atque arabes ydola confri
gerunt sperandum est omnino ydolatros indos similiter
agere maxime cum sapientes sint et necessitatem religionis
in cultum unius dei esse non hesitent. etiam si cum hoc
ydola suo modo venerentur hec de uno deo adorando
sic conclusionem capient pacificam. Sed de trino deo
difficillimum erit concordiam undique acceptari. videbitur
enim omnibus trinitatem sine tribus concipi non posse
quod si trinitas est in divinitate erit et pluralitas in deitate
prius autem dictum est et vere ita esse necesse est scilicet non esse
nisi unam deitatem absolutam. non est igitur pluralitas
in absoluta deitate sed in participantibus qui non sunt
deus absolute, sed dij participatione Verbum deus ut crea
tor est trinus et unus ut infinitus, nec trinus
nec unus nec quicquam eorum que dici possunt Nam
nomina que deo attribuuntur sumuntur a creaturis
cum ipse sit in se ineffabilis et super omne quod nominari
aut dici posset Unde quia deum colentes ipsum adorare
debent tamquam principium universi In ipso autem
uno universo reperitur partium multitudo inequalitas
et separatio. multitudo enim stellarum arborum hominum
lapidum sensui patet. omnis autem multitudinis unitas
est principium quare principium multitudinis est eterna
unitas. reperitur in uno universo partium inequalitas
quia nulla similis alteri inequalitas autem cadit

ab equalitate unitatis Ante igitur omnem inequalitatem
est equalitas eterna Reperitur in uno universo prima
distinctio seu separacio, nam autem omnem distinctionem
est connexio unitatis et equalitatis, a qua quidem con
nexione cadit separatio seu distinctio Connexio igitur
eterna, sed non possunt esse plura eterna, igitur in una eter
nitate reperitur Unitas unitatis equalitas et unitas et
equalitatis unio seu connexio Sic principium simplicissimum
universi est unitrinum quia in principio complicari debet
principiatum, omne autem principiatum dicit sic se in principio
suo complicari et in omni principiato terna talis dis
tinctio in unitate essencie reperitur, quare et omnium prin
cipium simplicissimum est trinum et unum Caldeus

HEc et si sapientes aliquantulum capere possent.
tamen quemadmodum visionem excedunt, nam ut intelligo
non est verum quod sint tres dii sed unus qui unus est
et trinus, Vis ne dicere quod ipse unus in virtute est
trinus Verbum. Deus est absoluta vis omnium virium
quia omnipotens Unde cum non sit nisi una absoluta
virtus que est divina essentia illam virtutem dicere trinam,
non est aliud quam deum asserere trinum Sed non sic capias
virtutem prout distinguitur contra realitatem quia in deo
virtus est ipsa realitas, sic est de potencia absoluta
que est et virtus, nam non videtur cuiquam absurdum
si dicatur omnipotenciam divinam que deus in se habere
unitatem que est entitas equalitatem et connexionem
ut sic potencia unitatis uniat seu essentiat omnia
que habent esse, In tantum enim res est inquantum una est
unum et ens convertuntur et potencia equalitatis equa
lificet seu formet omnia que consistunt In hoc enim
quod res nec plus nec minus est quam id quod est.
equaliter est, si enim plus vel minus esset non
esset sine equalitate, igitur non potest esse, sic pote
ncia connexionis uniat seu nectat Unde omnipotentia
in virtute unitatis vocat de non esse, ut quod non
erat fiat capax ipsius esse, et in virtute equalitatis
format, et in virtute connexionis nectit, ubi in cena

amoris, vides quod amare nectit amantem amabili,
Quando igitur de non esse vocatur per omnipotentiam homo primo
in ordine oritur unitas, post equalitas, inde nexus
utriusque, nam nichil esse potest nisi sit unum, oritur igitur
est unum et quod homo vocatur de non esse, oritur unitas
hominis et non leonis vel alterius rei. equalitas autem
non potest esse nisi ab unitate oriri, nam alteritas non produrit
equalitatem, sed unitas seu ydemptitas. Deinde ex
unitate et equalitate procedit amor seu nexus. Unitas
enim ab equalitate et equalitas ab unitate non sunt
separabiles, nexus igitur seu amor sic se habet, quod posita
unitate ponitur equalitas, et posita unitate et equalitate
ponitur amor seu nexus. Si igitur non reperitur equalitas.
quin sit unitatis equalitas, et non reperitur nexus quin
sit unitatis et equalitatis nexus, ita quod nexus est in
unitate et equalitate, et equalitas in unitate, et unitas
in equalitate, et unitas et equalitas in nexu, manifes-
tum est non esse in trinitate essencialem distinctionem.
Illa enim que essencialiter differunt, ita se habent quod
unum esse potest alio non existente, sed quia sic se habet
trinitas quod posita unitate ponitur unitatis equalitas
et equalitas, hinc non in essencia sed in relacione videtur
quod alia est unitas alia equalitas alia connexio,
numeralis autem distinctio est essencialis, Nam binarius
differt a ternario essencialiter. Posito enim binario non
ponitur ternarius et ad esse binarij non sequitur terna-
rius quare trinitas in deo non est composita seu plura-
lis seu numeralis sed est simplicissima unitas, qui igitur
deum credit unum non negabit ipsum trinum, quia intel-
ligunt trinitatem illam non distingwi ab unitate
simplicissima, sed esse ipsam, Ita quod nisi esset ipsa trinitas
in unitate non esset ipsum principium omnipotens ad cre-
andum universa et singula, virtus quanto unitior
tanto forcior, quanto autem unitior tanto simplicior
quanto igitur potencior seu forcior tanto simplicior
Unde cum essentia divina sit omnipotens est simplicissima
et trina. sine enim trinitate non foret principium
simplicissimum fortissimum et omnipotens. Caldeus.

Arbitror neminem ab isto intellectu dissentire posse
s. quod deus habeat filium et participem in deitate hoc
impugnant arabes et multi cum ipsis. Verbum. Nomi
nant aliqui unitatem patrem. equalitatem filium et nexum
sanctum spiritum quia illi termini et si non sint proprij tamen
convenienter significant trinitatem, nam de patre
filius, et ab unitate et equalitate filij amor seu spiritus
transit enim natura patris in quandam equalitatem
in filio, quare amor et nexus ab unitate et equalitate
exoritur, et si simpliciores termini reperiri possent
aptiores forent ut est unitas iditas et ydeptitas
hij enim termini magis uidentur fecundissimam essentie
simplicitatem explicare. Et attende cum in essentia
rationalis anime sit quedam fecunditas s. mens
sapientia et amor seu uolutas quoniam mens ex se
exerit intellectum seu sapientiam ex quibus uoluntas
seu amor ut est hec trinitas in unitate essentie
anime fecunditas quam habet in similitudine fecun
dissime increate trinitatis, Sic res omnis creata gerit
ymaginem uirtutis creatiue et habet suo modo fecundi
tatem in similitudine propinqua uel distanti fecundis
sime trinitatis omnium creatricis dicta ut non solum creata
habeat esse ab esse diuino sed esse fecundum suo modo
trinum ab esse fecundissimo trino et uno, sine quo esse
fecundo non posset nec mundus subsistere, nec creata
esset meliori modo quo esse posset

plurime explanata est super benedicta trinitas,

que negari nequit. Nam propheta quidem nobis
ipsam quoniam breviter apperiens aiebat deum interrogasse
quod ipse qui alijs fecunditatem generationis tribuit
sterilis esse posset et quamvis iudei fugiant trinitatem
tamen hoc quia eam putaverunt pluralitatem tamen intellecto
quod sit fecunditas simplicissima plubenter acciperet
Verbum. facile etiam arabes et omnes sapientes ex
hijs intelligent trinitatem negare, esse negare diuinam
fecunditatem et uirtutem creatiuam, ac quod admissio
trinitatis est negare deorum pluralitatem et consocialitatem

facit enim ipsa fecunditas que est et trinitas, non esse
necesse quod sint plures dii qui concurrant ad creationem
omnium cum una fecunditas infinita infinita sufficiat
omne id creare quod est creabile, multo melius arabes
capere poterunt veritatem hoc modo, quam modo quo ipsi
loquuntur deum habere essentiam et animam, addunt itaque
deum habere verbum et spiritum. Nam si dicitur deum animam habere
non potest intelligi anima illa nisi ratio seu verbum quod
est deus, non est enim aliud ratio quam verbum, et quid
tunc est spiritus sanctus dei nisi amor qui est deus.
Nichil enim de deo simplicissimo verificatur quod non est
ipse. Si verum est deum habere verbum spiritum, verum est spiritum
esse deum, habere enim improprie convenit deo quia ipse
est omnia ita quod habere in deo est esse. Unde arabs non
negat deum mentem esse et ab illa verbum generari seu
sapientiam et ex hiis spiritum seu amorem procedere
et hec est illa trinitas que supra est explanata
et per arabes posita, licet plerique ex ipsis non advertant
se trinitatem fateri, sic et in prophetis vestris vos iudei
reperitis, verbo dei celos formatos et spiritu eius, modo
autem quo negant arabes et iudei trinitatem, certe
ab omnibus negari debet, sed modo quo veritas trinitatis
supra explicatur ab omnibus de necessitate amplectetur.
Ad hec Scita.

Nichil scrupuli esse potest in adoratione simplicis-
sime trinitatis quam et hodie omnes qui deos
venerantur adorant. Dicunt enim sapientes deum creatorem
esse utriusque sexus atque amorem, Volentes per hoc fecun-
dissimam trinitatem creatoris modo quo possunt explicare.
Alii asserunt deum superexaltatum de se educere intellectum
seu rationem et hunc dicunt deum de deo atque illum asserunt
deum creatorem, quia omne creatum causam et rationem habet
cur sit hoc et non aliud, omnium igitur rerum ratio una
infinita deus est, ratio autem que logos seu verbum
a proferente emanat, ut cum omnipotens verbum profert
facta sunt ea in re que in verbo complicantur ut si diceret
omnipotentia. fiat lux. tunc lux in verbo complicata

existit ita actu, hoc igitur verbum dei est intellectuale ut
prout res est concepta in intellectu ut sit, ita existat
realiter Dicunt deinde spiritum conexionis procedere
in tercio ordine qui scilicet conectit omnia ad
unum ut sit unitas, sed unitas universi, nam
animam mundi seu spiritum. qui omnia nectit per quem
quelibet creatura habet participacionem ordinis ut
sit pars universi posuerunt Oportet igitur quod hic spiritus
in principio sit ipsum principium amor qui nectit hic
amor qui deus est seu caritas dici potest hic spiritus,
cuius vis est diffusa per universum. ita quod nexus
quo partes ad unum seu totum connectuntur sine quo perfectio
nulla subsisteret, habeat deum suum principium ita clare
conspicitur omnes sapientes aliquid trinitatis in unitate
attigisse et propterea dum hanc quam nos audivimus
explanacionem audiverint gaudebunt et laudabunt
Respondit. Gallicus. aliquando hoc argumentum ue
relatum inter studiosos audivi Eternitas aut est inge
nita aut genita, aut nec est ingenita nec genita
Video ingenitam racionabiliter patrem omnipo
tentem vocari, genitam verbum seu filium, nec inge
nitam nec genitam amorem seu spiritum sanctum quia ipse
procedit ab utroque, et nec est ingenitus quia non
est pater, nec genitus quia non est filius sed procedens
ab utroque, Una est igitur eternitas et illa est trina
et simplicissima. una deitas trina, una essentia trina
una vita trina. una potencia trina, una virtus
trina In hac nunc scola profeci et que obscura fuerunt
luce clarius quantum michi datur patescunt Et quoniam maxima
restat contradictio in mundo asserentibus quibusdam
Verbum caro factum ob redempcionem omnium aliis aliter senci
entibus oportet super hoc nos informari quomodo
in ea difficultate concordiam attingamus Verbum. hanc
partem elucidandam Petrus apostolus recepit ipsum audite.
sufficienter enim edocebit que abscondita nobis, et compa
rente petro in medio eorum ita exorsus est, . Petrus.

[O]mnis circa incarnatum verbum diversitas has videtur habere varietates. primo quibusdam dicentibus verbum dei non esse deum et hec pars est iam ante sufficienter patefacta, quoniam non potest verbum dei nisi deus esse. hoc autem verbum est ratio, Deum enim habere rationem qui est creator omnium rationabilium animarum et spirituum indubium est. hec autem ratio dei non est nisi deus uti prepositum est. Nam habere in deo coincidit cum esse, Ille enim a quo sunt omnia in se complectitur omnia et est omnia in omnibus quia formator omnium. ergo forma formarum. forma autem formarum complicat in se omnes formas formabiles. Verbum igitur seu ratio infinita causa et mensura omnium que fieri possunt deus est, quare illi qui admittunt verbum dei esse incarnatum seu humanatum necesse est ut ipsi fateantur hominem illum quem dicunt dei verbum esse etiam deum, hic persa secutus est dicens, petre verbum dei est deus quomodo deus qui est immutabilis fieri posset non deus sed homo creator creatura. negamus enim hoc pene omnes paucis in europa demptis, et si sint quidam inter nos qui xpiani vocentur, illi nobiscum concordant huius rei impossibilitate scilicet quod infinitum sit finitum et eternum temporale. Petrus. hoc ipsum scilicet eternum esse temporale constanter vobiscum nego. sed cum vos omnes qui legem arabum tenetis dicatis xpm esse verbum dei et bene dicitis necesse est quod et fateamini ipsum deum, Persa. fatemur ipsum esse verbum et spiritum dei. quasi inter omnes qui sunt aut fuerunt nemo habuit illam excellentiam verbi et spiritus dei. non tamen admittimus propterea quod fuerit deus qui non habet participem, ne igitur incidamus in pluralitatem deorum negamus ipsum deum quem deo proximum profitemur. Petrus. in xpo naturam humanam creditis. Persa. Credimus et illam veram in eo fuisse et perstetisse affirmamus. Petrus. optime hec natura quod humana non erat divina, et ita omne id quod in xpo vidistis secundum hanc naturam humanam per quam similis erat alijs hominibus non apprehendistis

xpm̄ deū sed hominem. Persa. ita est. Petrus. in hoc
nemo a nobis dissentit naz natura humana fuit in
xpo pfectissima per quam fuit uerus homo et mor
talis ut alij homines, sedm illam aut naturaz non
fuit uerbū dei. dicito igr̄ mihi cū fateamī eum
uerbū dei quid per hoc intenditis. Persa. nō naturaz
sz gram̄ scz ipm̄ hanc gram̄ excelsam assecutū
qꝫ in eo deus posuit uerbū suū. Petrus. Nonne
in alijs pphetis similiter posuit uerbū suū naz
omēs uerbo dn̄i locuti sunt. et erant nuncij dei.
Persa. ita est sz oīm pphetarum maximus xpus.
Ideo magis pprie conuenit sibi ut dicat̄ uerbū
dei qȝ alijs pphetis, possent enī plures missiue in
se uerbū regis ɔtinere in particularibus negotijs
et prouincijs, sz vna sola que uerbū regis ɔtinet
per quod totū regnū regitur sz quia ɔtinet lege
et preptum cui omēs obedire tenentur. Petrus.
bonam ad hunc finem uideris similitudinem
pposuisse sz qꝫ uerbū regis scriptum in uarijs cartis
nō mutat ipas cartas in alias naturas, manet
enī nãe earū post inscriptionē uerbi uti erat ante
Sic dicitis naturā humanam mansisse in xpo. Persa
dicimus. Petrus placet sz attende que est dr̄a
inter missiuas et heredem regni In herede regni
est ipe uerbum regis uiuū et liberū et illimitatū
ī missiuis neqꝗ. Persa. fateor si rex mittit hedem
in regnū. heres portat uerbū pris viuū et illi=
mitatū. Petrus. Nonne ipe heres est uerbū et nō
nuncius seu commissarius aut lra uel missiua. et
in uerbo heredis complicant̄ omnia uerba nunciorum
et missiuarum. et qȝuis heres regni nō sit pr sz filius
nō est alienus a regia natura sz qua equalitez est
heres. Persa. bn̄ capio sz obstat quia et filius sint
duo ideo nō admittimus deū hre filiū, filius enī
esset alius deus qȝ pater. sicut filius regis alius homo
qȝ pater. Petrus bn̄ similitudinē impugnas. naz
nō est ipa qn̄ attendis ad supposita sz si tollis diu

sitatem naturalem suppositorum et respectis ad potentiam
que est in regali dignitate patris et filii sui heredis
tunc vides quod illa potentia regalis est una et in
patre et in filio, in patre ut in ingenito in filio ut in
genito seu nato verbo patris Persa prosequere. Petrus.
Esto igitur quod sit potentia regalis talis absoluta ingenita
et genita et quod ipsa talis ingenita vocet ad societatem
successionis connaturalis genite natura alienum ut aliena
natura in unione cum propria simul et indivise possideat
regnum, nonne naturalis successio et gratiosa seu adoptiva
in una hereditate concurrunt. Persa. manifestum est. Petrus
sic et est in una successione unius regni unitur filiatio
et adoptio. Sed adoptionis successio non in se sed in filia
tionis successione supposita. Adoptio enim que de sua natura
non succedit si succedere debet filiatione existente oportet
quod non in se sed in illa supponitetur que per naturam succe
dit. Si igitur adoptio ut cum filiatione succedat in adeptione
simplicissime et indivisibilis hereditatis non capit ex se
sed ex filiatione successione, non erit alius successor adop
tivus et alius naturalis Licet alia natura adoptionis alia
naturalis, natura quoniam separatus foret et non in eadem ypostasi
adoptivus cum naturali, quomodo concurreret in successione indi
visibilis hereditatis Unde in christo sic tenendum est, naturam
humanam unitam verbo seu nature divine, ita quod
humana non transit in divinam, sed adheret sic indisso
lubiliter eidem ut non separatim in se sed in divina
personetur, ad finem quod ipsa humana natura vocata ad
successionem eterne vite cum divina in ipsa divina inmor
talitatem assequi possit. Persa.

Competenter capio istud, sed adhuc alio intelli
gibili exemplo iam dictum clarifica. Petrus
non possunt fingi similitudines precise. Sed cum sapientia
in se est nec accidens vel substantia. Persa. substantia ut in se ut
aut alteri accedit accidens. Petrus. Omnis autem sapientia
in omnibus sapientibus ab illa est que est per se sapientia
quoniam illa deus Persa ostensa sunt hec. Petrus. nonne
unus homo est sapientior alio. Persa. certum est. Petrus.

qui igitur sapientior propinquior ad sapientiam per se
que est maxima absoluta, et qui minus sapiens remocior
Persa. admitto. Petrus. Nunquam autem aliquis homo secundum
naturam humanam adeo sapiens est, quin posset esse sapien
cior Nam inter sapientiam contractam scilicet humanam et
sapientiam per se que est divina et maxima atque infi
nita semper manet infinita distancia. Persa. et hoc
similiter manifestum Petrus. Sic de magisterio absoluto et
magisterio contracto pariformiter In magisterio enim
absoluto non est ars infinita in contracto finita. Esto
igitur quod intellectus alicuius tale magisterium et talem sa
pienciam habeat quod non sit possibile maiorem haberi
sapienciam seu maius magisterium, tunc intellectus illius
maxime unitus est sapiencie per se seu magisterio per se
adeo quod unio illa maior esse non posset Nonne ille intel
lectus in virtute unite sapientie maxime. et uniti maximi
magisterij cui unitur divinam virtutem adeptus
esset et in homine talem habentem intellectum, natura
intellectualis humana esset immediatissime unita nature
divine seu sapientie eterne. verbo seu arti omnipotenti. Persa.
fateor totum sed hec unio adhuc esset gratie. Petrus
quando unio tanta foret nature inferioris ad divinam
quod maior esse non posset, tunc foret etiam in unitate
personali. quamdiu enim natura inferior non elevatur in uni
tatem personalem et ypostaticam superioris maior
esse posset, si igitur ponitur maxima, inferior in superiori
adherendo subsistit, nec hoc per naturam sed graciam
hec autem gratia maxima. que maior esse nequit
non distat a natura sed cum illa unitur Unde et si per
graciam humana natura uniatur divine tamen gratia
illa cum maior esse nequeat immediatissime terminatur
in natura. Persa. qualitercumque dixeris ex quo natura
humana per graciam potest elevari ad unionem divine
in quolibet homine. non plus dici debet homo Christus
deus. quam alius sanctus. licet ipse inter homines
sanctissimus Petrus. Si attenderes in solo Christo alti
tudinem altissimam que maior esse nequit, et

et gratiam maximam que maior esse nequit et
sanctitatem maximam et ita de ceteris. deinde attendes
non esse possibile altitudinem maximam que maior
esse nequit esse plus quam unam. et ita de gratia et
sanctitate. atque post hoc advertetes omnem altitu
dinem cuiuscumque prophete quemcumque gradum habuerit
improportionabiliter distare ab altitudine illa. qua maior
esse nequit. ita quod dato quocumque gradu altitudinis
inter illum et solum altissimum cadere possunt infiniti
maiores dato et minores altissimo. Ita de gratia
sanctitate prudentia sapientia magisterio et singulis
tunc clare videres solum unum xpm esse posse in quo
naturam humana in unitate suppositi unita est nature
divine et hoc ipsum arabes fatentur. quamvis plerique
non plene considerent. Dicunt enim arabes xpm solum
altissimum in hoc mundo et futuro et verbum dei. neque
illi qui dicunt xpm deum et hominem aliud dicunt
quam xpm solum altissimum hominem et verbum dei perso
videtur quod postquam unio illa que in altissimo est necessaria
bene consideratur. quod arabes ducibiles sunt ad reci
piendum hanc fidem quia per eam unitas dei. quam
maxime custodire nituntur. nequaquam leditur sed salvatur
Sed dicito quomodo capi potest quod natura humana non in se
sed in divina adherendo suppositetur Petrus. Cape exemplum
licet remotum. lapis magnes attrahit sursum ferrum
et adherendo in aere magneti natura ferri non
in sua ponderosa natura subsistit. alias enim non
pendet in aere sed cadet secundum naturam suam versus
centrum terre. sed in virtute nature magnetis ferrum
magneti adherendo subsistit in aere et non virtute
nature proprie secundum quam ibi esse non posset. Causa
autem cur inclinetur sic ferri natura ad naturam mag
netis est, quia ferrum gerit in se similitudinem nature
magnetis a qua ortum recepisse dicitur. Sic dum natura
intellectualis humana adheret nature intellectuali
divine propinquissime a qua recepit esse illi adheret
ut fonti vite sue inseparabiliter persa. intelligo:

Petrus ad hoc arabum secta que magna est fatet^r xpm mortuos resuscitasse, et de luto uolatilia creasse et multa alia que ipsi xpm tamq̃ plateam habentes expresse fecisse ↄfitentur. ex quibus facilius duci pnt qm̃ ipm̃ hec fecisse in uirtute nẽ diuine cui hũana suppositaliter vnita fuit negari nequit. potestas eni xpi qua imparuit ista fieri que facta per eũ arabes confitentur nõ potuit esse scdm̃ naturam humana, nisi hũana illa in vnione cũ diuina cuius potẽcia est taliter inpare assumpta foret. Persa ista et multa de xpo arabes affirmant q̃ in alturkan conscribuntur, erit tamen difficilius iudeos ad huiꝰ credulitate conducere q̃ȝ alios, qm̃ ipi de xpo nichil per expressum admittit. Petrus habent in suis scripturis de xpo illa omiã ȝ litealem sensũ sequẽs intelligere noluit hec tñ iudeoꝝ resistencia nõ impe diet concordiam pauci eni sunt et turbare vniuersum mundum armis non poterunt. Syrus ad h

Ecce audiui superius concordiam ex presuppositis in qualibet secta posse reperiri, dicito quõ hoc in isto posit articulo uerificari. Petrus: dicam et primũ dicito michi nonne solus deus est eternus et imortalis. Syrus: sic credo nam omẽ preter deũ principiatum est quare cum principium habeat, habebit scdm̃ natura sua et finem. Petrus Nonne pone omis religio iudeoꝝ xpianoꝝ arabũ et alioꝝ plurimorum hominũ tenet hũanã mortalem naã cuiuslibet homis post morte tpalem ad vitam ppetua resurrecturã. Syrus. ita credit. Petrus fatentur. igr̃ omes tales naã humanã diuine et imortali vniri debere nam alr̃ quõ transiret naã hũana ad imortalitatem si eidem nõ adhereret vnione inseparabili. Syrus. hoc ncĩo presupponit fides resurrexionis. Petrus. si igr̃ hoc fides habet ergo ipa natura hũana in aliquo hoie reperitur vnitur diuine, in illo scilicet qui est facies omĩ gentiũ et altissimus messias et xpus prout noiant

xpm arabes et iudei Hic enim deo scdm omes pximus
erit ille in quo oim hom natura porius vnitur deo
ob hoc ipe est saluator et mediator oim in quo natura
huana que est vna et per quam omes homines hoies
sunt vnitur diuine et imortali nature ut sic omes
homines eiusdem nature assequatur resurrectioem a mortuis
Syrus. intelligo te uelle fidem resurrectionis mortuorum
presupponere vnione nature huane ad diuinam, sine
qua hec fides foret impossibilis. et hanc asseris esse
in xpo quare ipm presupponit fides. Petrus. recte capis
ex hoc accipe quod omnia promissa que iudeis pro-
missa repiuntur in fide messie seu mediatoris firmatur.
per que promissa mistium eterna uitam respiciunt
soli poterant et possunt compleri. Syrus. quid de
aliis sectis Petrus. presorimus naz omes homines
non nisi eternam uitam in sua nat huana deside
rarunt et expectarunt et ad hoc purgationes animarum
et sacra instituerunt. ut se illi eterne uite in sua natura
melius adaptent, Non appetunt homines btitudiez
que est ipa eterna uita. in alia qum ppria natura
homo no vult esse nisi homo. non angelus aut
alia natura, Volt aut homo esse beatus qui ultimam
felicitatem assequatur hec aut felicitas non est nisi
fruitio seu vnio uite huane cum fonte suo vnde scz
emanat ipa uita et est uita diuina imortalis hoc
aut quod esset possibile homi. nisi in aliquo comis
oim natura ad talem vnione eleuata concedatur, per que
tamqz mediatorem omes homies ultimum desideriorum
consequi possit, et hic est uia quia homo per que
accessum habet omnis homo ad deum qui est finis
desideriorum. xpus est ergo qui presupponitur per omes
qui sperant vltima felicitatem se assecuturos.
Syrus. Optime hec placent nam si intellectus huanus
credit se assequi posse vnionem ad sapiam ubi
eternum uite sue pastum adipiscatur, presupponit
alicuius altissimi homis intellectum vnione illam altis
sime consecutum, et hoc altissimum magisterium adeptum

per quod quidem magisterium se sperat similiter ad sapientiam
illam aliquando peruenturum. Si enim hoc non crederet possibile
in aliquo etiam omnium hominum altissimo, inanem speraret,
et quam omnium spes est aliquando consequi posse felicitatem
propter quam est omnis religio nec in hoc cadit deceptio
quia hec spes omnibus communis est ex connato desiderio
ad quam sequitur religio que conformiter omnibus communiter
connata existit, hunc uideo hunc magistrum et mediatorem
nature humane supremitatem perfectionis et principatum tenentem
ab omnibus philosophis. Sed dicit forte iudei hunc principem
nature in quo omnes defectus omnium hominum supplentur
nondum natum sed aliquando nasciturum. Petrus sufficit quod
tam arabes quam christiani atque alii qui testimonium in
sanguine suo prebuerunt testificentur per ea que prophete
de ipso locuti sunt et que dum esset in mundo super homines
operatus est eum uenisse. Hispanus ∴

xit forte de messia quem maior mundi pars
uenisse fatetur alia terra natum sua diffi
cultas. Assentibus christianis et Arabis eum de uirgine
maria natum. aliis hoc pro impossibili habentibus.
Petrus. omnes qui christum uenisse credunt ipsum de uirgine
natum confitentur. Nam cum ipse sit ultimitas perfectio
nis nature et solus altissimus nunquam patris debuit esse
filius, omnis enim pater generans in perfectione nature
distat ab ultimate perfectionis taliter quod non potest filius
filio communicare perfectionem ultimam qua altior esse nequit,
et que ex uiri homine non est possibilis, solus ille pater
hoc potest qui est creator nature. altissimus igitur non habet
nisi hunc in patrem a quo est omnis paternitas, uirtute
igitur diuina ut utero uirginis altissimus concipitur
et in ipsa uirgine concurrebat altissima fecunditas cum
uirginitate Vnde christus sic natus est nobis ut
sit omnibus hominibus coniunctissimus, eum enim habet
patrem a quo omnis hominis pater habet quod est pater
et illam habet in matrem que nulli homini carnaliter
copulata fuit, ut sic quilibet reperiat conditione
propinquissima in christo suam naturam in ultima perfectione

Tercius restat ad hec non parua differencia asserentibus
xpianis xpm crucifixu per iudeos alijs idipm nega
tibus Petrus qz quidam negant xpm crucifixum
sz adhuc viuere dicit et venturz tempe anxpi ex eo
euenit qz ipi misteriu mortis ignorant, et qz uen
turus est ut asserut, credut eu uenturu in carne
mortali. quasi alias non posset debellare anxpm
et qz negant ipm a iudeis crucifixum ad reuerencia
xpi ista dicere uident quasi tales hoies in xpm
nullam ptatem habuissent, sz attende quod hystorijs
illis que sunt multe et pdicacioni aplorz qui pro ueritate
mortui sunt multo credi debet saltem xpm ee sic mortuu
Ita eni pphete de xpo pdixerunt quod morte turpissia
condempnari deberet que erat mors crucis, Et racio hec
est na xpus uenit missus a deo pre ut euangelizaret
regnu celoru, et ea de illo regno dixit, que melius per
ipm probari non poterant qz in testimonio sanguinis
sui Unde et esset obedientissimus deo pri et pro ueritate
qua annunciabat omem certitudine offerret, mortuus
est et morte turpissima, ut omis homo hanc no
refutaret ueritatem recipere, post tanto testimonio
uoluntarie xpm mortem sciuit recepisse, predicat
eni regnu celoru euangelizando quod homo illius
regni capax ad ipm pertingere posset in cuius regni
comparacione hec huius mudi uita, que tam tenaciter
p omes diligitur, pro nichilo habenda est, et ut sciret
qz ueritas est illa uita regni celorz, pro ueritate dedit
uitam huius mudi ut sic pfectissime euangelizaret
regnu celoru, et liberaret mudum ab ignorancia
qua pfert hanc uitam future et daret se in sa
crificiu pro multis, ut sic in cruce exaltatus
in omi conspectu attraheret ad credendu omnes,
et clarificaret euangeliu, et confortaret pusilla
nimes et daret se libere in redempcom pro multis
et faceret omia meliori modo quo fieri possent qz
homies assequerentur fidem saluacionis et spem

ipam adipiscendi et caritatem in adimplere mandatorum
dei Si igitur arabes attendant ad fructum mortis xpi et
quod ad ipm tamquam missum a deo spectabat facere de se
ipso sacrificium ut adimpleret desiderium patris sui, et
quoniam nichil gloriosius xpo quam propter unitatem et obiam
mori etiam turpissima morte, non subtrahent a xpo
hanc gloriam crucis, per quam meruit esse altissimus
et superexaltari in gloria patris Deinde si xpus predicavit
homines immortalitatis consecuturos post mortem in re
surrectione, quid potuit de hoc mundus melius cer
tificari quam quod ipse sponte mortuus est et resurrexit
et vivus apparuit, mundus enim hac ultima certifi
catione certificatus fuit, quando hominem xpm mortuum
in cruce palam et publice resurrexisse a mortuis
et vivere audivit testimonio multorum qui ipm
vivum viderunt, et in hoc mortui sunt ut essent fideles
testes resurrectionis eius Ista ergo fuit perfectissima
evangelizatio quam in seipso ostendit xpus et perfectior esse
non potuit ut sine morte et resurrectione potuit semper
perfectior esse, qui igitur credit xpm perfectissime adimplesse
voluntatem dei patris omnia ista fateri debent sine quibus
evangelizatio non fuisset perfectissima Ad hoc attende
quoniam regnum celorum fuit omnibus absconditum usque ad
xpm Nam hoc est evangelium xpi annunciare regnum
illud omnibus incognitum Non igitur fuit fides neque spes
assequendi regnum celorum, neque a quoque amari po
tuit quoniam penitus ignotum, neque fuit possibile quod
aliquis homo adipisceret ipm regnum natura humana
nondum ad illam exaltationem elevata ut divine
consors fieret nature Cristus igitur omni modo aperiendi
aperuit regnum celorum, sed regnum celorum nemo
intrare potest nisi deponat regnum huius mundi per
mortem oportet enim quod mortalis deponat morta
litatem hoc est potentiam moriendi et hoc non fit
nisi morte tunc potest induere immortalitatem, xpus

aut homo mortalis si nondum mortuus nondum de
posuit mortalitatem ita non intravit regnum celorum
in quo nullus mortalis esse potest Si igitur ipse qui
est primitie et primogenitus inter omnes homines non
aperuit regnum celorum nondum natura nostra deo unita
est in regnum introducta sic nullus hominum in regno
celorum esse posset natura humana deo unita nondum
introducta cuius contrarium omnes homines qui regnum
esse credunt asserunt / omnes enim aliquos sanctos
in sua secta fatentur felicitatem assecutos fides igitur
omnium qui sanctos esse fatentur in eterna gloria xpm mor
tuum et celos ascendisse presupponit / Alamannus

primitie omnia ista sed circa felicitatem video dis
sonantias non paucas Nam iudeis ex lege sua
nisi temporalia promissa dicuntur que consistunt in bonis
sensibilibus Arabs autem ex lege sua que in alchorano
scribitur non nisi carnalia sed perpetua legimus promissa
Evangelium vero promittit angeliformitatem scilicet quod
homines erunt similes angelis qui nichil carnalitatis
habent / Petrus. Quid potest concipi in hoc mundo
cuius desiderium non vilescit sed augetur continue Ala
mannus omnia temporalia vilescunt solum intellectualia
nunquam / Comedere. bibere. luxuriari et quicquid tale
si aliquando placent aliquando displicent et instabiliter
se habent scire autem et intelligere atque oculo mentis
intueri veritatem semper placet et quanto plus se=
nuerit homo tanto plus placent ista / et quanto plus
acquisiverit de istis tanto plus augetur appetitus
habendi Petrus. Si igitur desiderium debet esse perpetuum
et cibatio perpetua non erit nec temporalis nec
sensibilis sed intellectualis vite cibatio Unde et si in
lege alchoran reperiatur promissio paradisi ubi sunt
flumina vini et mellis et virginum multitudo tamen multi
illa in hoc mundo abhominantur / quomodo erunt illi feli
ces si assequentur ibi que hic nollent habere Dicit
in alchorano virgines pulcherrimas nigras reperiri
cum oculis habentibus albuginem albissimam et

albissimum et magnum, nullus alamanus in hoc mundo
etiam vitijs carnis datus tales appeteret Unde oportet
quod similitudinaliter ista intelligantur Nam alibi prohibet
concubitus fieri in ecclesijs seu synagogis vel mesquitis
et alia omnia delectabilia carnis non est credendum
quod mesquite sint paradiso sanctiores quomodo igitur prohi
bentur illa hic fieri in mesquitis que ibi promittuntur
in paradiso Alibi ait omnia illa ibi reperiri quia oportet
quod ibi fiat adimpletio omnium que hic desiderantur In
hoc satis ostendit quid velit dicere quando ait talia ibi
reperiri Nam cum ista hic in hoc mundo desiderentur
presupposito quod in alio mundo foret equale desiderium hic
ibi exquisite et habunde reperientur, aliter enim non potuit
exprimere vitam illam esse complementum desideriorum
nisi per hanc similitudinem, neque voluit rudi populo
alia occultiora exprimere sed tantum ea que secundum sensum
videntur feliciora, ne populus qui non gustat ea que spiritus
sunt parvifaceret promissa Unde tota cura illius maxime
videtur fuisse qui legem illam scripsit avertere populum
ab ydolatria et ad illum finem promissiones tales fecit
et cuncta posuit sed non dampnat euvangelium ymmo
laudavit in hoc dans intelligere felicitatem que in
euvangelio promittitur non esse minorem illa corporali et
hoc intelligentes et sapientes inter eos sciunt verum
Et avicenna prefert felicitatem intellectualem visionis
seu fruitionis dei et veritatis incomparabiliter felicitati
descripte in lege arabum, qui tamen fuit de lege illa sic et
ceteri sapientes Non erit igitur in hoc difficultas con
cordandi omnes sectas, dicetur enim felicitatem illam
esse supra omne id quod scribi aut dici potest, quia comple
tio omnis desiderij et adeptio boni in fonte suo et
vite immortalitate Alamanus. quid tunc de iudeis
qui regni celorum promissum non capiunt sed tantum rerum
temporalium Petrus Iudei pro observantia legis et eius
sanctimonia morti sepe se tradiunt Unde nisi crede
rent se felicitatem post mortem ex eo assecuturos
quia zelum legis preferunt vite non morerentur

Non igitur fides iudeorū nō esse uitam eternā at
q illam assequi non possint / alʼs nemo eorum more
retur pro lege sz felicitatem quā exspectant non
exspectant ex operibus legis quia ille leges illam nō
promittunt / sz ex fide q̄ xpm presupponit ut supra
dictum reperitur / Tartarus .

Audiui multa in hoc loco prius incognita michi
Tartari multi et simplices unū deū ut pluri
mū colentes admirantur uarietate rituum
aliorū / etiam eundem cū ipsis deū colenciū / Nam
aliquos ex xpianis omnes arabes et iudeos circum
cisos alios signatos in facie adustionibus alios
baptizatos derident Deinde circa matrimoniū tanta
est diuersitas / q alius habet unam / alius una
uera sibi matrimonio unitam sz plures concubinas / alius
etiam plures legitimas / Atqz circa sacrificia ritus
adeo diuersus q recitari nequit inter quas uarie
tates xpianorum sacrificiū ubi offerunt panem
et vinū et dicūt esse corpus et sanguinem xpi
quod sacrificiū ipsi post oblacōem comedunt et bibunt
uidetur abhominabilius / deuorant eū quē colūt Quo
in hiis que etiam uariantur ex loco et tempore posset
fieri unio nō capio et nisi fiat nō cessabit persecu
cio / diuersitas enī parit diuisionem et inimicicias
odia et bella / Tunc paulus doctor gentiū ex
commissione uerbi exorsus est dicens / Paulus . Opor
tet ut ostendatur nō ex operibus sed ex fide saluacōz
anime prestari / Nam abraham pr̄ fidei omnium
credenciū siue xpianoꝝ siue arabū siue iudeorū
credidit deo et reputatū est ei ad iusticiam anima
iusti hereditabit uitam eternam quo admisso nō
turbabunt uarietates illorū rituū Nam ut signa
sensibilia ueritatis fidei sunt instituta et recepta /
signa aut̄ mutacionem capiunt non signatum
Tartarus . Declara quō fides saluat . paulus . —
Si deus promitteret aliqua ex mera sua libertate
et gracia / nonne ei qui potens est dare omnia et uerax e

credendum est. Tartarus, certe sic nemo decipi potest ei credens, et qui sibi non credit indignus foret. quod quicquam gratie assequeretur. Paulus: Quid igitur iustificat eum qui iustitiam assequitur. Tartarus non merita alias non foret gratia sed debitum, Paulus optime ays sed quia non iustificatur ex operibus in conspectu dei omnis viuens, sed ex gratia dat cui vult id quod vult omnipotens cuius si quis dignus esse debet ut assequatur repromissionem que ex pura gratia facta est necesse est ut credat deo In hoc igitur iustificatur quia ex hoc solo assequetur repromissionem quia credit deo et exspectat ut fiat verbum dei.

Tartarus. postquam deus promisit, iustum est quod promissa seruentur. iustificatur igitur deo credens potius per repromissionem quam fidem Paulus Deus qui promisit abrahe semen in quo omnes benedicerentur iustificauit abraham ut assequeretur promissionem sed si abraham non credidisset deo neque iustificationem fuisset assecutus neque repromissionem Tartarus.

Ita est paulus. fides igitur in abraham tantum fecit quod impletio repromissionis iusta fuit que alias nec iusta fuisset nec adimpleta Tartarus quid igitur repromisit deus paulus. deus promisit abrahe quod daret sibi semen unum in ysaac in quo semine benedicerentur omnes gentes et hec promissio facta est quando secundum cursum naturalem impossibile fuit saram uxorem ex eo concipere et parere, sed quia credidit assecutus est ysaac filium, Temptauit deinde deus abraham ut offerret et interimeret puerum ysaac. in quo facta est repromissio seminis et abraham obediuit deo, nec tamen minus credidit repromissionem futuram etiam ex mortuo filio postea resuscitando Ex quo deus tantam fidem reperit in abraham tunc iustificatus est abraham et adimpleta promissio in uno semine quod ab eo per ysaac descendit Tartarus. quod est illud semen paulus. xpistus omnes enim gentes in ipso assecuntur

diuinam benedictionem Tartarus. que est illa benedictio
paulus: diuina benedictio est ultimum desideriorum seu
felicitas que dicitur eterna uita. de qua supra satis au-
disti Tartarus uis igitur deum in christo nobis benedic-
tionem repromisisse felicitatis eterne paulus. Sic
uolo, quapropter oportet credere deo prout abraham
credidit et sic credens iustificetur cum fideli abraham
ad assequendum repromissionem in uno semine abrahe
christo ihesu que repromissio est diuina benedictio omne
bonum in se complicans. Tartarus. uis igitur quod sola
fides illa iustificet ad perceptionem eterne uite. paulus
uolo. Tartarus quomodo dabis simplicibus tartaris intel-
lectum huius ut capiant christum esse in quo assequi
poterunt felicitatem paulus audisti non tantum christianos
sed arabes fateri christum esse altissimum omnium qui fuerunt
aut erunt in hoc seculo uel futuro et faciem omnium
gentium Si igitur in uno semine est omnium gentium benedictio
non potest esse nisi christus Tartarus quale signum addu-
cis paulus Adduco testimonium tam arabum quam christia-
norum, quod spiritus uiuificans mortuos est spiritus christi
Si igitur est spiritus uite in christo qui potens est quos
uult uiuificare, tunc ille est spiritus sine quo non
potest quisque mortuus resuscitari, aut quicumque spiritus
eternaliter uiuere Inhabitat enim spiritum christi plenitudo
diuinitatis et gratie de qua plenitudine omnes sal-
uandi recipiunt saluationis gratiam Tartarus. placet
ista a te doctore gentium audisse, quod cum hiis que supra
audiui satisfaciunt proposito, et uideo fidem istam
necessariam ad salutem sine qua nemo saluabitur
Sed quero si fides sufficit Paulus Sine fide est
impossibile quemquam placere deo oportet autem quod fides
sit formata nam sine operibus est mortua. Tartarus.
Que sunt opera. paulus. Si credis deo mandata ser-
uas, nam quomodo deum credis deum esse si non curas
adimplere ea que precipit Tartarus dignum
est ut mandata dei seruentur Sed iudei se dicunt
habere eius mandata per moysen Arabes. per

Mahumet Cristiani per ihesum et forte alie na
tiones suos venerantur prophetas per quorum manus
diuina se asserunt recepisse precepta. quomodo igitur
deveniemus in concordiam Paulus diuina
mandata breuissima et omnibus notissima sunt
et communia quibuscumque nationibus. Ymo lumen
nobis illa ostendens est concreatum rationali anime
Nam in nobis loquitur deus ut ipsum diligamus
a quo recipimus esse et quod non faciamus alteri
nisi id quod vellemus nobis fieri. Dilectio igitur est
complementum legis dei. omnes leges ad hanc re
ducuntur. Tartarus. non ambigo quin tam fides
quam lex dilectionis de quibus dixisti a tartaris capi
entur, sed de ritibus multum hesito. Nam nescio
quomodo circumcisionem quam derident acceptabunt
Paulus. non quo ad veritatem saluationis accipe
re circumcisionem, circumcisio enim non saluat, et
sine ipsa est saluatio, tamen qui circumcisionem non
credit pro salute assequenda necessariam sed eam
fieri patitur in preputio ut sit abrahe et sequacibus
eius etiam in hoc conformior non dampnatur talis
ob circumcisionem si habet fidem de qua supra
Sic xpus circumcisus fuit et multi ex xpianis
post ipsum uti adhuc ethiopes Jacobini et alij
qui non circumciduntur quasi sit sacramentum
necessitatis ad salutem Sed quomodo possit seruari pax
inter fideles si qui circumciduntur et alij non
est maior dubitatio Unde cum maior pars mundi
sit sine circumcisione attento quod circumcisio non
est necessitatis quod tunc se minor pars conformem
faciat maiori parti cum qua unitur in fide ob pacem
seruandam oportunum iudico Ymo si propter
pacem maior pars se minori conformaret
et reciperet circumcisionem arbitrarer faciendum
ut sic ex mutuis communicationibus pax firmetur
Sic enim alie nationes a xpianis fidem et
xpiani ab ipsis ob pacem circumcisionem recipiendo

pax melius fieret et solidaretur Arbitror autem
praxim huius difficilem. sufficiat igitur pacem in
fide et lege dilectionis firmari ritum hinc inde
tollerando Armenius

Vomodo de baptismo faciendum putas
cum teneatur sacramentum necessitatis
apud christianos, paulus Baptismus est
sacramentum fidei qui enim credit in christo ihesu
posse assequi aliqua iustificationem, ille credit per
ipsum ablacionem peccatorum hanc mundacionem in locione
baptismali signatam quisque ostendet fidelis Nam
non est aliud baptismus quam fidei illius confessio in
signo sacramentali, non esset fidelis qui nollet
fidem verbo et quibuscumque signis ad hoc a christo
institutis fateri Sunt baptismales lociones ob
religionis devocionem tam apud hebreos quam arabes
quibus non erit difficile locionem a christo institutam
ob fidei professionem recipere Armenius necesse videtur
ut recipiatur sacramentum hoc cum sit necessitatis sa-
lutis paulus fides est necessitatis in adultis qui
sine sacramento saluari possunt quando assequi non
poterunt ubi vero assequi possent, non possunt dici
fideles qui se tales esse per regeneracionis sacramentum
ostendere nolunt Armenius quid de paruulis, paulus
facilius acquiescent paruulos baptizari qui ob
religionem passi sunt masculos die octaua circumcidi
commutacio illa circumcisionis in baptismum grata
erit, et dabitur optio an velint in baptismate
contentari : Bohemus

Ossibile foret in hiis omnibus que premissa
sunt concordiam reperiri sed in sacrificiis
difficillimum erit Scimus enim christianos oblacionem
panis et vini pro sacramento eukaristie non posse
ad complacendum aliis dimittere cum sit a christo
tale sacrificium institutum sed quod cetere naciones
que vsum non habent sic sacrificandi acceptent hunc

modū non est facile credendū maxime cū dicat
insania esse credere conversioni panis in carne
xpi et vini in sanguine, et post devorare sacra
menta Paulus hoc eukaristie sacramentū nō
aliud significat q͞z nos ex gra in xpo ihū assecutos
refectionē vite eterne sic in hoc mundo reficimur
per panē et vinū, qm igit credimus xpm cibū
mentis sic ipm sumimus sub spebus corpus ci
bantibus, et cū oporteat nos in fide hac credere
quia cibacōm vite spūs assequimur in xpo cur non
credemus nos hoc credere in eukaristie sacramento
sperandū est omnes homines fideles omo velle degustare
cibum illū per fidem in hoc mundo qui erit in veritate
cibus vite mee in alio mundo Bohemus quō persua
debitur omnibus gentibus sbam panis in corpus xpi
conversam in hoc eukaristie sacrameto. paulus. qui
fidelis est scit quod verbū dei in xpo ihū nos de mi
seria huius mundi transferet usq͞z ad filiacōm dei
et possessionē vite eterne qua deo nichil ē impossibile
Si igit hoc credimus et speramus sic verbū dei sedm
ordinacōm xpi non hesitamus posse panem in car
nem mutare si nā hoc facit in aialibus quō verbū
hoc non facret per quod deus facit et secula Exi
git igit fidei necitas hoc credere Nam si hoc ē possibile
q͞z nos filij ade qui de terra sumus transferamur in xpo
ihū verbo dei in filios dei immortalis, et hoc credimus
et futurū speramus et q͞z tūc erimus sic ibus verbum
dei pris Credē nos similiter oportet transsubstanciacōm
panis in carnem et vini in sanguine per idem
verbū, p quod panis panis est et vinū vinū, et
caro caro et sanguis sanguis, et per quod nā con
vertit cibū in cibatū Bohemus hec conversio sbe
panis difficulter attingit Paulus fide facile nam
sola mete hoc est attingibile que sola sbam intuet
q͞z est nō quid est, sba enī antecedit omnē accidens
et ideo cū sba nec sit qualis nec quāta et ipā sola
convertitur ut nō sit amplius sba panis sed sba carnis
nō est nisi spūalis ista conversio q͞z remotissima ab
omi eo qd sensu est attingibile Non igit augetur

quantitas carnis ex hac conversione neque multiplicatur numero
ob hoc non est nisi una substantia carnis in quam substantia panis
est conversa, licet panis sit in diversis locis oblatus et
plures sint panes qui in sacrificio ponuntur Bohemus
Capio doctrinam tuam michi gratissimam quod sacramentum
istud est sacramentum cibacionis vite eterne per quam cibacionem
assequimur hereditatem filiorum dei in Ihesu Christo filio dei et quod est
similitudo huius in sacramento isto eukaristie atque quod mente sola atti
gitur et fide degustatur et capitur quid si hec archana non
capiantur Nam rudes abhorrebunt fortassis non solum hoc cre
dere sed sumere tanta sacramenta paulus. hoc sacramentum
prout est in sensibilibus signis habita fide non est sic necessita
tis quod sine eo non sit salus, Nam sufficit ad salutem credere et sic
manducare cibum vite et ideo circa eius distribucionem an et quibus
et quociens dari debeat populo non est lex necessitatis posita, quare
si quis fidem habens se indignum iudicat accedere ad mensam
summi regis hec humilitas laudanda potius existit Ideo circa
usum et ritum eius id quod rectoribus ecclesie pro tempore magis expe
dire videbitur in qualibet religione salua semper fide poterit
ordinari sic quod ob diversitatem rituum per communem legem
non minus pax fidei inviolata persisteret Anglicus
Quid de alijs sacramentis fiet de matrimonio scilicet
ordinibus confirmacionis et extreme unctionis
paulus. oportet infirmitati hominum plerumque condescen
dere nisi vergat contra eternam salutem Nam exactam
querere conformitatem in omnibus est potius pacem turbare
sperandum tamen est quod in matrimonio et in ordinibus con
cordia reperiatur Aput omnes enim naciones matrimonium de
lege nature quodammodo videtur introductum ut unus unam
habeat veram coniugem sic et sacerdotium similiter apud
omnem religionem reperitur, erit igitur in hijs communibus con
cordia facilior et christiana religio in utroque sacramento
puritatem laudabiliorem etiam omnium aliorum iudicio pro
babitur observare Anglicus quid de Ieiunijs officijs
ecclesiasticis abstinencijs ciborum et potuum oracionum
formis et ceteris talibus paulus ubi non potest confor
ambrosius in epistola preallegata licet non conveniat christianus
dies observare et lunationes supersticiose. necesse tamen est in paschali
festiuitate iuxta preceptum luidas observare et tempus quod hoc est
tempus acceptabile deo quod convenit precepto et hec sunt
dies salutis nec dantes offensionem in quibus vult deus
plus placari et placationibus plus gratie impertiri Et ista
de errore sufficiant

De correctione kalendarii

Ultimo de correctione kalendarii videndum quia cum ad
duo aliqua vera scilicet quod dies coniunctionis per aureum
numerum ostendatur et verum pascha post xiiii kl aprilis
cadat in ipsa reformatione advertere habemus et in futuro
errorem vitare hunc primo quantum ad finem huius coniunctionis dies
ex aureo numero considerari oportet situationem originalem
aurei numeri potuit enim a principio melius locari a vero
verum coniunctione ostendendum Et licet plures modi quo ad si
tuationem correctionem tradi possent, cum ex fundamento preallegato
distancie duarum coniunctionum perfectis talis habetur correctio
supponendo locationem convenientem numeri recte factam ut per
addicionem 29 dierum 12 horarum et iterum idem numerus repetitur
et quo ad istam correctionem de presenti me extendere nolo Et
quod presupposita aurei numeri differentiali vero situatione hodie
prima luna in celo est pluribus [illegible] in kalendario
Ad huius correctionem aut oportet delere ipsum aureum
numerum et per anticipacionem ad diem coniunctionis reducere et
hic modus non posset de facili fieri quia cum eum modum
omnes per orbem libros mutare necesse foret et in tali
mutatione cum per scriptorum calculum mutationes a simpli
cibus caperetur error maior exoriri posset Posset
aliter corrigi absque librorum mutatione quia anticipacio coniunctionis
a loco situationis aurei numeri ad quatuor dierum se extendit hoc
tempore si ab aureo numero 4 subtrahetur et residuum pro
aureo numero habetur talis correctus aureus numerus primum
diem coniunctionis ostendet et si ad aureum numerum

10 addetur subtracto 19 post additionem si excedet, exortus
numerus in kalendario oppositionis diem propinquius indicaret et ita
per mutationem aurei numeri currentis in alium numerum correcti
remanente kalendario sicuti stat propinquius dies coniunctionum
et oppositionum habentur. Et hoc isto tempore quo anticipatio
usque in 3ium diem se extendit. Alio vero tempore quo in
minus vel in plus se extendet non posset remanentibus
libris uti sunt talis correctio fieri. Dico autem propinquius
quia secundum situationem aurei numeri in kalendario non semper
ipse numerus in eadem die collocatur in qua est coniunctio licet
per diem et integrum numquam distet ante vel post. Et hic
modus corrigendi kalendarium est inutilis, quia non
potest per eum modum vera dies coniunctionis haberi nec oppo
sitionis et etiam quia aureus numerus 1 minus non locatur regu
lariter in 3io die a numero qui habet 1 plus. Sed frequenter
in 6to, sic numerus qui habet 10 plus semper in 10 die dis
tanter collocatur. nec collocari potest ut patet intelligenti
et cum anticipatio equalis sit a loco situationis aurei numeri
patet quod per hanc viam correctio haberi nequit. Unde
si pro correctione aureum numerum sive mutationem currentis
aurei numeri in alium prefixum ostendentem diem coniunctionis
kalendarium corrigi debet iste foret modus prefixior
licet inutilis sit et maioris erroris generativus ut
faciliter conspici potest. Et est consequenter advertendum quod ad hoc
alii modi consimiles inveniri possent plures puta si

alii modi corrigendi

dimitteretur bisextus in aliquo anno et mutaretur
aureus numerus in eodem anno per additionem unius ad eum puta
1370 dimitteretur bisextus et quia 16 tunc erit aureus
numerus addentur 3 esset 19 aureus numerus in illo anno
et alio sequenti 1 et post 2 et sic ille aureus numerus ostendet
diem coniunctionis. Nec est illa regula plus vera
quam precedens immediata, similiter si duo bisexti omit
terentur et ad verum aureum numerum 11 adderentur oriretur
tali modo correctus huius veritatem ut precedentes modi.
Et si 5 bisexti omitterentur in 16 annis ostenderet au
reus numerus diem coniunctionis, et inter omnes prefatos
modos iste foret eligibilior quia minus errorum et
periculi continet. Sed nunc prefatorum modorum videtur quievre

xi

proposito meo

preposito nunc quod ex omissione bisexti oriretur scandalum in
populo et in arte inveniendi literam dominicalem nova novitas
nec reduceretur kalendarium nostrum ad reformacionem Quia
ut clarum est per nullum istorum modorum antique regule observa
cionis paschalis forent de novo veritate, ymmo oporteret
novas regulas de festis condi, et alia multa fieri que
plus forte deformaret quam reformaret Unde si plena
et perfecta reformacio kalendarii fieri debet nullus melius
inveniri potest quam reducere kalendarium usque ad eum statum
quo regule antiquorum in sacris conciliis tradite redeant
ad veritatem. quanto levius et facilius et verius hoc fieri po
terit Et non est forte cogitabilis facilior et verior modus
quam quod obmissa una septimana. aureus numerus in ciclum
lunarem committeretur Si enim hoc fecerimus reductum est kalen
darium nostrum ad veritatem regularum antiquarum. et restitu
tum sacre niceni synodi quo ad paschalem festivitatem.
et cetera omnia festa mobilia et inmobilia. et ipse numerus qui
aureus hucusque dictus est, et ex tunc lunaris cicli foret
et aliud nomen pro ita aureus ciclus sortiretur. melius et
verius diem coniunctionis ostenderet quam ipse aureus numerus
niceni concilii tempore ostendidit ymmo tunc kalenda
rium nostrum verius esset quam unquam fuit, Et pro prac
tica huius correctionis ita foret procedendum Anno christi
1439. festum penthecostes cadit in .24. die maij et
quia illud festum est mobile. non consideratur a vulgo in quota
die cadat, statuatur itaque alias die anni .1431. per publicum
decretum quod illa dies 24 maij illius anni .1439. in qua
cadit festum penthecostes habeatur pro ultima die maij
et altera penthecostes sit prima Junij, et quod ex post numerus
qui hucusque aureus numerus dictus est sit lunaris ciclus
et vocetur aureus ciclus qui pro eodem anno erit .12. et
in sequenti .13. et deinceps tunc kalendarium est reductum
ad regulas niceni concilij quia kalendarium nicenum
grecum non habuit alium ciclum quam lunarem 19 litterarum, et infixus
fuit ille ciclus kalendario ad videndum lunaciones et ple
nilunium paschale, Et ab viii idus marcij usque in
nonas aprilis statuit paschalem mensionem queri

Alia corrigendi modus

debē et primū pascha xi kl' aprilis sōe hec omnia ad
veritatem redeunt per hanc correctionem et absque libere
mutatione Nūus enim aurei nūi cicli vbi in kalendario
est post semper prouentus sunt diem, quod ostendit Nec
posset verum pascha ante xi kl' april cadere, aut esse dies
septem azimorum Ita vt post equinoctium hebrei greci et
latini pascha concordarent et conformiter precepto legali cele-
brabunt Vno etiam ciclo hebrei greci et latini ac eisdem
embolismalibus regulis vterentur Et non posset nec citior
nec facilior reductio kalendarii romani fieri ad regulas
patrum / primo erit verum apud latinos quam vnum fuit
quod latini qui aureo numero ante xiii kl' in fixo loco
cicli lune quo ad embolismales semper viderentur vsi
fuisse propter conformitatem 19lis revolutionis semper a grecis et
hebreis in certis annis discrepauit vt supius est ostensum
Et hec diuersitas exunt sublata foret Et ad hoc ut clare
veritas huius videatur · primo quo ad coniunctionis diem
sic constat Ex precedentibus patet anticipationem hodie esse
diebus tribus cum 12 · horis factam, et quod numerus cicli lunaris
locatur iuxta aureum numerum tribus diebus · patet quod antici-
patio lunationum a ciclo lunari hodie 1 · dierum exsistit cum
dimidio · quare si 1 · dies subtraherentur aut saltentur
redibit coniunctio ad diem locationis aurei cicli lunaris
Etiam ex calculo tabularum idem constare potest · et presertim
hoc probant tabule verorum grece prime ad meridianum lati-
num vsum reducte / quorum ciclum lunarem in kalendario pro
coemenda intercisione locant concordat cum hoc modo pene
in omnibus locis · dico pene quod aliquam ex premena in
perfecta situatione aurei numeri diuersitas inueniuntur Licet
illa solum quod 18 · est ciclus lunaris in mense marcii
diuisa sit per vnum diem ab ista mea correcta que
habet quod 16 · die licet cum prolas 17 die locari debet /
nec est de hoc curandum quod festa mobilia propter hoc non diuer-
sificabuntur · maxime pasche · de quo est principaliter questio
etiam si positio cum prolas verior foret in eo anno 18 ·
cicli Vnde · d · existente littera dominicali et 18 · ciclo
aureo si vera foret plenum positio secundum kalendarium

rerum octo diebus tardius pascha celebraremus non tamen
excederemus 22 lunam nec hoc anno anni xpi 1637 eue
niret aut sit d foret littera dominicalis et 18 aureus numerus
Dico si positio prefata vera foret que ponit 21 diem
esse diem equinoctii quamvis frequenter in illa die co
incidat tamen circa finem diei ita ut anno xpi 1683
quo anno 18 est aureus equinoctio in 18 die contraherur facta
correctione sive in nona si non fuerit facta Quare patet per
hanc correctionem nos consequi intentum quo ad inventionem
et si qua est varietas ex illa quam in nullo obest nimie
quo ad paschalem festivitatem et hoc sufficit proposito meo Quod
vero ista correctio sit verissima et convenientissima proposito
meo maxime ex hoc potest apprehendi quoniam amplius veris
simum foret illam equinoctium paschalem fore que proxime
sequeretur viii idus marcias et illam oppositionem que proxima
12 kalendas aprilis proxima fuit Preformatur sed niceni concilii
et alexandrini statuta precipiunt Nam et si labor in sub
tili investigacione peritior haberi posset tamen quamvis quam
similiter inexpertis satis apprehendere potest hanc correctionem
veritati favere hoc tempore quo equinoctium secundum tabulas alfonsii
12 marcii esse dicitur Si enim primum plenilunium post ver
nale equinoctium paschale est subtractis 4 diebus per correctionem
et saltum clarum est equinoctium usque in 19 diem elevari
Clarum est 19 diem ad 12 kalendas aprilis ubi firmarunt patres
niceni concilii equinoctium plus appropinquare quam 12 marcii
quare nemini dubium hanc correctionem veritati suffragari
cum hodie oppositiones per regulas pateant proinde ac si equinoc
tium in 12 kalendas aprilis fixum foret Unde si post correctionem
illis eciam utemur regulis minus nimio errabimus Quod autem
correctio non tantum verior sed et verissima sit aperte ex hoc
conspicitur Manifestum est diem equinoctialem secundum grecos
13 marcii estimare similiter et secundum hebreos qui ante
annum xpi 1700 ... marcii pascha non celebrabunt
quare 13am diem eciam tunc equinoctio dabunt cum circa
dato equinoctio pascha immolant Unde si hoc ita est quod
13 die secundum grecos ut ex tabulis perspicitur habetur similiter
et secundum hebreos hodie equinoctium existit tunc per correctionem

saltus .1. dierum ad 20 ascendet et sic 21 die in vesperis
erit primum pascha iudeorum non variato equinoctio et nunc
infimum pascha 22 die quod est ii kl aprilis ut iubet nicena
constitutio Quare patet quod in grecis et hebreis hec correctio
verissime concordat Primo verum est kalendarium secundum considerationem
quam erat tempore nicení concilij quod fuit circa anni domini
320 et hoc ex eo apprehenditur Nam secundum computum hebreorum
et positione ipsorum hebreorum et antiquorum eo tempore equi-
noctium potuit 21 die marcij esse ita quod tunc iudei in
19 die secundum computum hebreorum pascha facerent et sic potuisset
fieri nunc pascha 20 aut 21 die secundum ipsos fuisse sed quia
constitutio ante 22 diem non permittebat pascha celebrari
manifestum est secundum positionem iudeorum regulam niceni
consilij veritati usquequaque non defuisse sed etiam quidam
latini anno 682 post christum apprehenderunt equinoctium
ut iudei esse xii kl aprilis ut ait victorius ad hilarium
papam nec tunc a regulis niceni consilij recede ausi sunt
Similiter nec secundum tabulas alfonsij que eo tempore
19 die marcij solem ariete intrasse ostendunt Licet si
dimissis tabulis alfonsij ad experientiam ptolomei positam
in dictione almagesti nos convertimus quod a calculo alfonsij
plus die differt prout ipsos in hac positione equinoctiali
parum errare invenimus Quare kalendarium etiam si tempore
niceni concilij cavillari potuisset secundum hebreos et
subtiliores astrologos non tamen ita post correctionem nostram
nec per grecos nec iudeos reprehensibile remanebit
Sed an secundum subtiliores astrologos argui possit videamus
Et clarum est secundum positionem alfonsij qui ponit super annum christi
1239 sole circa 23 horam post medium noctis 12 die arietem
intrasse et sic per saltum correcto kalendario 19 die reperie-
tur intrasse et sic per saltum correcto kalendario 19 die reprehendi kalendarium correctione posse quia non 19 die sed
21 equinoctio contingit Sed ad hoc responderi potest
quod tabule alfonsij non sunt precise vere quo ad in-
troitum in ariete Primo experientia compertum est quasi in
12 horis eas deviare Ita quod ut magister h bate refert
in libello erroris tabularum alfonsij tunc experientia
docuit 1290 et post hoc multis annis in 12 et ultra

horis easdem erant. Quare si diversitate orizontium terre ha-
bitabilis consideramus quo ad ipsum vernale initium ad hoc
ut ipsa paschalis solempnitas per universam orbem uno tempore
et post equinoctium celebretur quamvis experientia nostri temporis a posi-
tione iudeorum et grecorum non longe differremus / pervenimus
enim presertim ad 13 marcij diem / Profatius et iudeus
et quidam alij observatores qui anno christi 1303 solem 12 marcij
8 hora post medium noctis arietem ceperunt intrare
hoc meum propositum affirmant sic et alij nostri temporis experi-
mentatores / et si et alique hore deessent a 13 die supplerentur
ex diversitate orizontis in oriente ab orizonte in occasu /
oportet enim ultimum initium intra habitabilem connotare
ut omnes per orbem in celebritate paschalis quantum possibile
est concordemus ut orientaliores per occidentales non
preveniant / sed in tempore omnes pluries concurrat salva pre-
ventione horaria quo ad paschalis diei initium et solis
maturiorem exortum / apud remotos indos / quam occidentaliores
hispanos // — Est ultimo advertendum
quod ad hoc quod correctio ista in veritate persistat necesse est
quo ad equinoctium die qui in 300 annis quasi per
diem anticipatur bisextile illius anni dimittere et sic
300 annis absque bisexti intercalatione currere Et licet
consimilius fuerit si semper in 160 anno non servaretur bisextum
sed transferretur in septem sic 11 et sic in 300 anno unus
bisextus subtilius gradatim subtraheretur / tamen quia ex parte simpli-
cium nullus remedius error in hoc negotio causabitur
dimisso 2o modo subtiliori et perfectiori primus acceptetur
per totalem omissionem bisexti in 300 anno / ita quod tunc
8 anni sine bisexto currerat / ut sic certius ostensionis
equinoctialis diei ex situatione aurei cicli valeat permanere
verum quod vernale equinoctium in eo tempore 300 annorum
secundum quosdam pene duobus diebus anticipatur et solum
per omissionem bisextilis dies una subtrahi posset
quis dicere kalendarium meum non [illegible] in correctione
sua duraturum / sed in paschalis festivitate celebratione secundum
legalem constitutionem post illa tempora fallaciam capere
ad hoc dico puto quod licet verum sit ex dispositione motuum

lunarum non posse quem registrorum regulam absque kalen
darii mutatione inveniri tamen hec practicus modus inter ex
cogitabiles facilior et verior existit. Cum motus ille
capitis arietis inequaliter observatus post illa tempora
auctore thebith tardior efficeretur et secundum aliquos in 300 annis
gradualis tamen mutacio experimento probatur inventa est. Ita
fortassis si non in tot annis tamen in pluribus quia hoc
tempore gradus unus compleretur. Et si non tamen una dies anti
cipationis equinoctii nullum errorem efficere posset in celebra
tione paschalis festivitatis ut clare ex situacione aurei cicli
Verum et in duobus diebus notari error posset. Primo quia
hec mea correctio ad veritatem et concordanciam reducit
tres linguas hebream grecam et latinam. Et quo ad em
bolismales annos et manifestum est ex situacione aurei
cicli in kalendario si ex conversione equinoctii error pas
chalis plenilunii exoriri debet oportet hunc exori
primo & et post hec in aurei cicli numeris existentibus
Sed cum illi anni semper embolismales sunt ut proba
bitum est hic practici nunc usque ad multos centenarios
annorum poterunt calculatione quam premia ostendent. Secundum
regulam antiquorum que in embolismalibus annis iubet
non in marcio sed aprili pascha celebrari. Quarto concluditur
meum kalendarium non practico corrigitur per omissionem bisexti
in 30 anno ita registrari quam tamen in premissis que
paschalibus festivitatibus usque ad mille futuros annos
et ultra veritatem ostendit secundum positiones modernorum
ingeniorum probationem et eorum qui ante nos fuere. Licet
ex hiis omnibus humanis experimentis particulariter
capitis nulla ex motu lunarum de preterito certitudo
ad futuras habeatur nisi quorumlibet ordo et regularitas
conventorum motuum consimilium de futuris permittit. Cum
ergo hec correctio de facili sit practicabilis, et a tante
utilitatis quod propinquam ad regulam nobis in sacris
conciliis traditam reducantur observancia magis con
formitate eandem sacra hec synodus basiliensis opera
dum acceptabit. Si non ita legitur in auctore prima

Calcedonen concilij Omnis qui non celebrat sanctum diem pasche secundum sancte catholice ecclesie regulam anathema sit / cura maxima adhiberi debet . quod et scripturi dei et patrum regule de veritate concordant et maxime quartedecimanorum qui et tesseradecadite dicuntur, abvicatio habetur ubi geste calcedonen concilij synodi inserta paretis pro reformatione vinctos movere debet / quem anathematizare eos oportebat quartedecimana heresim et eos qui pasche solempnitatem secundum sancte catholice ecclesie regulam non celebrabant Hec pensantes agite ut reiecto paschali errore veritati instamus . ut sic de hac vera paschali festivitate ad eternam transferri mereamur Amen

Reverendissimi patris domini Nicolai tituli Sancti petri ad vincula presbiteri Cardinalis Episcopi brixinen tractatus de reparatione kalendarij Explicit feliciter Laus Deo Rome 1466to

Collectus fuit tractatus iste per prefatum Reverendissimum patrem et oblatus basilee in Concilio Anno domini 1436 Sed nichil tunc per Synodum actum est

Contra errores hussitarum bohemorum

Nicolaus miseratione divina tituli sancti petri
ad vincula dyaconus sancte Romane ecclesie presbiter
cardinalis apostolice sedis legatus episcopus brixinensis
Magnificis nobilibus prudentibusque viris
dominis Gubernatori Consilio regentibus et universis
incolis regni bohemie veram pacem assequi et in ea
perseverare optamus Voluit divina pietas ut ordinatione
sanctissimi et piissimi pontificis nostri Nicolai pape
quinti summe pro vestra ac omnium salute vigilantis vestre
ad apostolicam sedem unitatis reintegratio post multos
longe nobis aptiores legatos ad nos nunc pervenerit
qualiscunque sollicitudo Et quamvis tam admonitione apostolica
quam sanctorum consiliorum atque doctorum debiti merito vestra
heret maxime quia auctio nostrum non reperit hactenus
efficax remedium quasi iam toleti animi in servitute
principis tenebrarum redacti negant intelligere ut
bene agant Nichilominus nonnullis litteris ex regno
ad principes vicinos atque ad nos missis In quibus
sing. d. n. notatur quod compactatis certis per basilien
concilium initis detrahat medio Religiosi fratris Johannis
de Capistrano respondere distulimus, sperantes Jacobel
lianos, qui Jacobelli vesaniam sequentes, ordinem
utriusque speciei quo ad populum laicalem sua sponte
contra ritum ecclesie catholice continuant de proximo ad ecclesiam
unde exierunt reversuros, Aut nos cum ipsis quemlibet
aliquid de proximo pro instauranda et firmanda pace
habituros, Fuimus de hoc non parum ex huius optimis
verbis oratorum vestrorum. Qui nobiscum responsione con
venerunt consolati Sed nobis inquirentibus quid sin
guli vestrum de sancte unionis receptione sentiant, con
perimus nedum omnes intentioni contrarii ut veram
catholicam velint unionem amplecti Consideravimus
enim Jacobelli separacionis sive divisionis materiam penitus
ex compactatis firmari, Post hec pro se praxim pri
mitive ecclesie atque subsequentis ac etiam sacras allegare
scripturas, Et quia certi sunt sancti ultimis ad multos
datis scripturis penitus a compactatis recedere Nos vero

lentes experiri an illa defendere vellent que nostris veritatis
convicerunt · deliberavimus primum nostris literis eos ostendere supervacue
compactatis inherere cum non serviant ipsis in aliquo sed potius
nobis catholicis contra eos, proponentes convenienti indicationis · aliis
eorum circa praxim priorum modernorum enodare fallacias · atque
demum nihil eos fulcimenti habere ex sacris literis pro meo
modulo manifestare, quamquam fateamur longe sufficientius
a nostris predecessoribus et qui adhuc supersunt doctissimis
fidelibus ad singula Jacobellianorum assumpta responsum
extitimus. Aut primum ex Ratispona literas tenoris subscripte

Nicolaus miseratione divina tituli sancti petri ad vincula
Sacrosancte romane ecclesie presbiter cardinalis apostolice sedis
legatus episcopus brixinensis Universis et singulis, nobilibus
venerabilibus Strenuis honorabilibus prudentibusque Ba
ronibus prelatis militibus · presbiteris Religiosis universitatibus
Magistrorumque et opidanis et civitatibus ecclesiasticis et secu
laribus incolis regni bohemie et marchionatus mo
ravie inhabitantibus vere pacis desideria feliciter adipisci
Postquam divina pietas statuit · uti fuimus regnum regni
et marchionatus predictos hoc tempore ad obedientiam sacrosancte
romane et catholice ecclesie revocare Sanctissimus dominus noster
dominus Nicolaus papa quintus nobis curam et sollicitudinem
tam sui operis commisit · et legati de latere plena rebus facul
tate Et quum nuper ex nobilibus regni vestris oratoribus
in dieta Ratisponensi lecturi intelleximus desideria omnium
vestrum divina inspiratione nunc ad veram et effectualem
unionem inclinari, et ipsi eapropter apostolicam legationem
in regno ipso constitui optatis pro complemento tam sancti
propositi, mox operam dedimus ut hoc summo pontifici nostro
quatenus patefieret Et quum ad rem operam feliciter condu
cendam, necesse est ut ante accessum apostolici legati ad
regnum de mente singulorum aut saltem maioris et sanioris
partis inhabitantium quo ad puram · veram · et effectualem
obedientiam et subiectionem sumus certiorati Nam si non foret
propositi vestri · vos velle confirmare progenitoribus vestris, qui
ante hanc dietam catholicam vitam duxerunt, qui fidem
orthodoxam ab apostolica sede, atque privilegia metropolitice
sedis et generalis studii pro sua devotione et obedientia

ad matrem suam, ipsam scilicet sedem Romanam, meruerit, que-
admodum et alia christiana regna, que ad hunc in eadem
obedientia perseverant, supradicte apostolicus legatus inquietare
et res non parata. Domino principi omnium rerum dederit reddict Quare
ut experiamur quid fructum industria legati efficere queat, hono-
rabilem Johannem Durfmit presentium latorem capellanum
nostrum devotum dilectum ad vos omnes et singulos tuisimi
fimq. Cui dedimus in mandatis, ut hiis nostris patentibus
litteris ostensis, vniuersisque metrez et intencionem ...
nostram iam dictam obedientiam prestandam, et que circa ipsam atque
servicium accessum apostolici legati fuerint optima prout de
hoc per nos lacius est informatus. Quare rogamus vos
et in domino exhortamur, ut ipsum capellanum nostrum admit-
tere, benigne audire, et que menti geritis, sic pro pace
facere velitis. Nec putetis nos a vobis rem magni pon-
deris leviter exigere. Nam cum impossibile sit verum pacem
ecclesiasticam constitui posse, quemadmodum non est commoda con-
formitas corporis et membrorum. Turpis est enim omnis pars
que toti non congruit. hinc in ea re, ubi qui non est
cum vel ecclesia con eam esse constat. Necesse est pure sine
absque pacto et condicione omnem conformitatem obire amplecti
Neque quemquam moveat, quod cum oratores huius Basiliensis concilij
de pace ecclesiastica Prage tractarent, ad compactata deve-
nerunt. Nam experimento compertum est modum illum integram
pacem et unitatem cum sancta Romana ecclesia non effecisse, que
cum sit piissima mater omnium fidelium credencium, que in fide
genuit gremium claudere nequit, et omnia que filij sui
postulant si salutaria sunt liberaliter concedit. Sicut enim
mater ipsa per quecumque pacta non possit trahi ad consenci-
endum in hiis que filiorum suorum saluti sciret obviare,
ita et ea que salutis sunt sine pactis assensum nequit
denegare. Unde si qui sunt nimium fortassis solliciti
hos admonitos esse volumus, ne in catholica fide tali onere
se frustra fatigent, sed matri fidei cui hoc omnis a sponso
suo Christo domino creditum est, hoc omnis derelinquat. Erit
enim mater illa quibus nos debeat pascere fidei cibis, que
sola in hiis talibus alimentis que administrat pro
salute nostra errare nequit. Oportet igitur omnes christianos
per puram obedientiam pasci cibo vite a matre sua sancta Romana

et cathol(ic)a eccl(es)ia que eu(m) regnauit et nequaquam p(ro)uiti ip(s)e pru
dencie Experti estis· quanta mala passi estis· q(uod) no(n) illoru(m)
qui co(n)tra forma(m) eccl(es)ie fidem et obseruanciam nouitates introdux
erunt monitis magis vestre preposuistis hij· n· degeneres
filij iactabant se x(rist)ianos et fecerunt vos eciam magis et
s(an)cte roman(e) eccl(es)ie et cathol(ic)e eccl(es)ie filios / ex qua n(on) e(st) salus
et matrem spreuerunt / et hodie aliqui se ei opponunt / de quibus
recte ait / filios enutrivi / et ipsi spreuerunt me / hij nimium suo
ingenio confidebant Nolite ig(itur) tales prop(ter) sedibus honorare /
qui se magis vestre filios vocari verecundant(ur) Aperite queso
oculos et considerate q(uo)m(odo) excidistis / et quo p(er)ducti estis et per
quos / et recedite plus magis vestre a qua omnia que salutis et
honoris sunt recepistis / quam seductoribus illis qui adeo ceci
sunt q(uod) lumine no(n) vident / adeo bestiales q(uod) matrem no(n) cog
noscunt / parvifacite omnia que ipsi de compactatis ingerunt
Nam ad illoru(m) scelerum confusione(m) deus illa sic fieri p(er)misit
Nec religiosus fr(ate)r Johannes de Capistrano vere vtique zelu(m)
dei habens cu(m) sci(enci)a· nec alius quisquam asserit compactata here
sim ipse continere Dicunt constant(er) negatur in compactatis
talia contradi / que vobis falso suggeruntur Potius si volue
ritis ex compactatis ipsis seductores vestros facile co(n)uincere Nam
cu(m) extra vniuersalem ecclesiam que cathol(ic)a dicitur dicitur no(n) sit salus
et vt ipsi negare no(n) p(ossu)nt videte in compactatis· vbi e(st) illa
catholica ecclesia et repetitus in capl'o primi articuli esse scrip
tu(m) q(uod) Regni bohemie et marchionatus in fide se conformare
debent vniuersali eccl(es)ie et no(n) pot(est) intellectus alius dari
q(uam) q(uod) illa sit vniuersalis cui se debent regnu(m) et marchio
natus conformare Dicunt ig(itur) illas admiserunt esse vniuersalem
ecclesiam eorum ignorantia seductos Nonne clarissimu(m) e(st)
illam vniuersalem ecclesiam de qua loquunt(ur) compactata
in fide tenere Communione(m) sub vtraque specie no(n) esse de
necessitate salutis quo ad no(n) conficientes Videte si illi qui
compactata allegant sic credunt et et(iam) vm texti compac
tatoru(m) tenent(ur) Et ostendit(ur) manifeste ex compactatis ipsis·
vbi dicit(ur) q(uod) p(ro)p(ter) conformitate(m) fidei et ritus Illi et ille qui
vsum habent sub vtraque specie communicandi / coirent et ad
miserunt ig(itur) sacerdotes illi q(uod) co(m)m(unio) talis no(n) fuit nec est
de necessitate salutis / qui admiserunt q(uod) saltem vnu(m) laicis
traderet(ur) Ecce ig(itur) aperte constat in confusione(m) seductoru(m)
deu(m) sic compactata fieri p(er)misisse Velitis queso diligent(er)

attende quid utilitatis vobis eueniret si obedientiam non
aliter quam salua compactatis prestare velitis Nam
si aliquid singularitatis ex ipsis habere putatis ita ritum
communionis sub vtraque specie vt seductores nonnulli persuadent
Legite textum et ponderate mentem concilij ex hijs et repe
rietis negligentia illorum sacerdotum vos omnia ibi vobis ob
lata perdidisse Est enim vobis notorium quod illi tales sacerdotes
nunquam ea que fieri debebant ad habendum permissionem illius communionis
procurarunt aut obseruarunt Sed non obstantibus compactatis
contempnarunt illa que dimitti tenebantur Ideo ex eorum negli
gentia permissio etiam que ad personas que vsum habebant
non est sortita effectum minus permissio de liberatione concedenda
obtineri potuit a synodo semper ob talium presbiterorum superbiam
pertinaciam que toto tempore quo Concilium sedebat, compactata
nulla ex parte obseruare curarunt Et ita soluta est synodus ante
quam euentualis permissio fieri potuit Videte nunc queso quomodo
quidam tales veri sacerdotes in sua confusione ad compactata
refugiunt. ex quibus penitus nichil ex eorum seductorum culpa
etiam quo ad eos qui vsum communionis habebant estis asse
cuti, sic alia que in compactatis sunt Nonne manifeste
contempnant tales allegantes ipsi enim sua sponte curam se
ingesserunt et absque missione expresse contra compactata predicant,
et cum nullam habeant potestatem ligandi et soluendi. populum
decipiunt Videtis nunc quod obedientiam illam de qua fit
in compactatis quo ad suum seruant Romanum pontificem
Ex hijs intelligitis. compactata nichil singularitate
vobis prestare, sed solum confusionem eorum qui sua presumptione
seducti vos seduxerunt exprimere vt ore suo viderentur
Quare merito ad instar aliorum fidelium obedientiam
puram. simplicem. veram. et effectualem, que solum deo grata
vobis vtilis et salutaris existit suademus in legati ad
uentum alacri animo acceptare, et nos de illa certificare,
per quam sola, ab illa liberalissima apostolica sede indubie
omnia que salutis et pacis sunt potius sine pacto quam
cum pacto quatoris in dei laudem poteritis obtinere Datum
Ratispone Sub meo Sigillo die vicesimaseptima
Junij Anno a Natiuitate domini Mcdlij Pontificatus sanctissimi in
christo patris et domini nostri domini Nicolai diuina prouidentia pape quinti anno sexto

Et quamquam in partibus inter nos et oratores ex regno qui
Ratispone constituebantur habere(n)tur, nobis mittendis conductum
in regno dari debere, tamen per Capellanum meum de quo in
litteris salvus conductus impetrari nequivit. Inde evenit, quod
scripsisse litteras non potuerunt quibuslibet pactari, nec eorum gerulus
in credentia audiri fuimus. aut ad sic scribendum inducti
rationibus illis, quibus et sanctus Bernardus movebatur
qui Mediolanensibus tunc scismaticis epistolam misit. que
in corpore epistolarum suarum reperitur incipiens Civibus Mediolanensibus
Suadet, ut ne acquiescant pseudo prophetis, sed attendant
quod causam nullam habent, non suppliciter obediendi apostolice sedi
cui resistere est ordinationi divine resistere, ac quod similiter
ei resistere nequeunt, quoniam in ipsa sit plenitudo potestatis et
auctoritatis, et ideo dare potest privilegia etiam pallii et tollere.
Unde Mediolanenses bene consulti sic fecerunt, de quo videatur
epistola illa, et alia sequens eandem, et reperietur nos sane et
iuste consuluisse. Sed ad hanc nostram salutiferam admoni
tionem non recepimus responsum, nisi quorundam assertorum
sacerdotum opidi Clatomien(sis) ad quos rescripsimus
ut sequitur.

Nicolaus miseratione divina tituli sancti Petri ad
vincula sacrosancte Romane ecclesie presbiter Cardinalis
apostolice sedis legatus Episcopus Brixinensis, Martino et reliquis
sacerdotibus Clatomien(sibus), Spiritum ducti sanioris. Exspectavimus
ut ad nostra scripta, que ad manus vestras pervenere, vos
obedientes responderetis, atque quod prestita vestro et aliorum
nominibus obedientia Romano pontifici valeret et in
effectu servaretis. Nunc vero contrarium in vestris litteris
reperimus, in quibus multa contra catholicam fidem, clavium
potestatem, propria vestra promissa in regni infamiam, et
contra veram penitentiam, plus presumptuose quam sapienter,
dolenter relegimus. Nam in nostris litteris, ubi de seducto
ribus ipsis loquimur, non credebamus vos offensos ha
buimus enim meliorem extimationem de vobis, quam vestra
scripta ostendunt. Scribitis nos omne ingenium adhibuisse
ad compactata. fatemur, sed ad illum recte finem ut

vos et vobis complices. qui ad compactata confugitis /
detectis hiis que scripsimus caucius ageretis / qui in veritate
pocius vobis adversantur. quam serviant / ubi autem
nos culpam ascribitis / quasi vos seductores et omnes
licet non separatim omnes in nostris literis / seductos asseramus /
non nobis. sed veris compactatis / que intimi cuncte
inculcare usque etiam ad curiam summi pontificis nostri.
verius imputaretis. Hiis enim presuppositis, hec sequi
que scripsimus nemo recte intelligens ambigere potest / neque
vos evaditis per hoc quod scribitis, nos non respexisse
ad id quod ponitur in ipsis / Scilicet quod bohemi vel sui
heredes communicabunt auctoritate christi et ecclesie vere sponse eius
admirandum est quod vos vel nobis impingatis ignoran-
ciam / non videtis vos ruere in heresim maximam
quasi sit alia ecclesia catholica et alia sponsa christi / Ita quod
si non fuitis de prima fuitis de secunda / Non opus est decla-
rare huius errorem / qui ex symbolo fidei notorius est
Deinde admiramur. quod auctoritate ecclesie communicare et ex-
communicantes esse se compaciuntur / Neque nos id dicimus nec
credimus / et compactata docent vos auctoritate ecclesie
non communicare potuisse / nisi prius fuissetis in ecclesia catho-
lica per conformitatem fidei et rituum / Docent utique compacta-
ta que amplius declinare non potestis post sigillaciones alle-
gaciones et varia scripta vestra / quod sine auctoritate ecclesie illicite
communione duplicis speciei usurpastis / Nam non dicunt
compactata quod auctoritate christi et ecclesie sponse eius communicastis
in preterito / aut communicatis in presenti / sed premissa confor-
mitate fidei et rituum cum catholica ecclesia communicabunt in futurum
illi et ille etc. Ex quo constat manifestissime secundum mentem
eorum concilii uti etiam postea synodus in decreto de
communione declaravit vos illam communionem absque auctoritate christi
et ecclesie illicite usurpasse / Fuisset tamen tunc demum
facta licita illi et illis etc. auctoritate christi et ecclesie / si con-
dicio conformitatis prius fuisset adimpleta / que cum
nullatenus sedente synodo adimpleta reperitur quamquam
sepe sollicitati fueritis / ut scripturis per manus bo-

me tunc legati et dm̄ Johannes polemar scriptis que apud nos
sunt ostendere poterimus Per vos igitur stetit vt vos ipsi ne
gare nō potestis manet ergo illicita, quod ergo in ecclia esse po
testis quā illicita vestra propria presumptione vsurpato vos ipsos ab
eccla separatis, neque euadere potestis, nisi alia periculosiori heresi
inuoluamini, quemadmodum in scriptis vestris vos inuolutos deprehendimus
vbi quandam fingentes ecclesiam mathematicam, de qua vos esse
dicitis, etiam si neque cum papa, neque Cardinalibus neque cum toto
mundo sitis, asserentes ad hoc vos in templo dei esse nisi xpc
vos expellat, quod est potius insanire quam errare, Neque ita
est vt scribitis vos compactata ignorare, Nam illa aliqua
correctoria nobis tunc presidentibus in natione germanica recepit
maxime in capitulo de libertate communionis, vbi apponi fecit
facultatem in euentu dari sacerdotibus, posse communicare populum modo
quo ibi ponitur Videte ergo quid plus fidei quid plus fi
delis etiam si cuncta per vos que fieri debebant fuissent ad
impleta. obtinuisset et cum ex compactatis hoc verum sit
quod tamen et in scriptis vestris ad nos datis asserere nō cessatis
Conuersum duplicis speciei sit per vos basilee deducta, et
euangelica veritate probata, quod mille doctores qui di
cuntur basilee fuisse, vocibus cunctis eam admiserunt, Nam
si libera facultas dabatur tantum sacerdotibus dandi in
euentu completionis appositarum conditionum, Nunc manifestum
est neque hoc subsistere posse quod vos dicitis, Atque quod
illi doctores neque fuerunt vestris rationibus et auctoritatibus
inducti ad quidque credendum, docet processus et diffinitio
tricesime sessionis, Sepissime in faciem audistis, quod nō vnum
saltem doctorem contra allegastis, qui ex intencione vestres allig
cacionibus comprobaret Preterea nomine postquam promisistis et sigil
lastis compactata et sepius per scripta et oratores concilii solli
citati nō curastis ea seruare, Nouas petitiones obtulistis ba
silee, quarum prima erat, vt libertas euentualiter oblata quo
ad sacerdotes concedendi et populum recipiendi iuberetur in preceptum
habemus manibus legati et auditoris prefatorum responsum
negatiuum, quod et vos Martinum nō latet, qui vt audi
uimus pro solicitudine responsi missus eratis basileam, Si
igitur compactata in que consensistis nō dederunt que optastis
neque postea obtinuistis a synodo, quare ad hoc nō cessare

asserere id quod nobis quasi ignoranti scribitis / Multa sunt
apud nos monimenta concilij illius et testamentaria quedam
scripta relicta legati et auditoris / que nos optime de singulis
instruunt Ita quod nichil nos quasi ignorantem latere potest
Voluimus tamen penitus / pacientes ferre iniurias verbis ob spem
melioris Et autem tantum scripsimus de compactatis et alijs
nostris litteris causa fuit / quia legimus scripta ex regno ad principes
nostros regno propinquos transmissa / In quibus ecclesiam et pon
tificem de non observantia promissorum compactatorum arguere
nisi estis Considerauimus igitur ad nos spectare qui tene
mur honorem pontificis et ecclesie sponse defensare. vobis
manifestare / compactata nichil tribuere, nec ad tales nos /
ad quales ille hec nos provocarunt / descendimus particulari
tates refellendas sperantes quod deus concederet unionem
in ecclesia sua / pro qua tamen omnibus diebus nostris tam in
oriente quam in occidente fideles impendimus labores eam tur
bare non voluimus / Cuius nobis synodalia gesta sacro
generalium conciliorum, ostenderent rem istam difficilem impos
sibilem experimento aliorum qui de ecclesia abierunt / quos nullo
humana diligentia compimus vere redijsse / et ne toti
legationis tempus quemadmodum multi expertente legatis
inaniter vobiscum perderemus circa reformationem alama
nie prius aliquantisper vacauimus / qua pro parte
nobis possibili expedita / novo apostolico recepto mandato
non deficiemus pati omnia exequi pontificis iussa pro
regni pace et salute / Neque putetis nos ad ea que prius
scripsimus / ob que a vobis de imprudentia arguimur sine
pontificis nostri iussu processisse Si enim simplex modo quo
alij christiani obediencie vellatis ad placitandum vobiscum non
ab apostolica sede mitteretur Non est enim consuetudinis nec
iuris quod christi vicarius et iudex fidei se subiciat et ad placi
tacionem cum suis subditis ineat / sed quod obedientibus omnibus
que salutis et pacis sunt graciose liberaliter et pie con
descendat prout nos in priori epistola in fine eiusdem ~~scribimus~~
scripsimus et obtulimus / ad quod recte potuistis respondere, et
oblationem magis quam compactata vera magnificare
debebatis / Admonemus vos pro credito nobis legationis
officio vt amplius desistatis ab hys modis conuertimini

et humiliacionem deti deret xpianos sacerdotes obediendo superiorib(us) sm legem dei et senatorum instituta realiter et cum effectu prout ex premisso et de iure diuino et humano tenemur et alios ad idem inducatis nos de hoc certificantes, et tunc senciet(is) preter spem quid de persona mea concepistis omnem cordialem affectum ad quos inclito regno vobis et singulis salutaria Dat. bruxine decimasexta Septembris anno etc. liijo.

Ex hiis satis ostendi putamus Jacobellianos ex compartitis pro se allegatis auctores sua confessione extra catholicam ecclesiam esse. que est sponsa xpi, et hoc nobis solum sufficit sic ostendisse pro mea contra eos victoria, etiam si in omnibus sacramentis nobiscum convenirent, ut eleganter siue exponit magnus augustinus contra Rogatistas, et donatistas in multis locis et late de catholica ecclesia et presertim in epistola quam ipse et siluanus senex Valentinus aurelius Innocencius optatus et ceteri episcopi de concilio Zertensi scripserunt ad donatistas, cuius inicium est, Cum in auribus nostris fama crebresceret, Et quod illa sit catholica que coniungitur successori petri apostoli, et quod anathema sit aliam esse ostendit Augustinus in epistola quam ipse et fortunatus ad Generosum scripserunt, et probatur in c. pudenda, et in multis aliis locis Audiant et Jacobellani quid ait idem augustinus in epistola ad bonifacium comitem, que incipit laudo et gratulor et admiror etc. circa finem sic enim dicit Isti autem cum quibus agimus et de quibus agimus non sunt desperandi adhuc enim sunt in corpore scilicet suo mortali sed non querunt spiritum sanctum, nisi in corpore xpi, cuius habent foris sacramentum sed rem ipsam non tenent intus, cuius illud est sacramentum, et ideo sibi iudicium manducant et bibunt, Unus enim panis sacramentum est unitatis quoniam sicut apostolus dicit Unus panis et unum corpus multi sumus, proinde ecclesia catholica sola corpus est xpi, cuius ille corporis caput est saluator corporis sui Extra hoc corpus neminem viuificat spiritus sanctus, hec et plura de hoc ibidem Et idem augustinus in epistola ad paulinum que incipit quod de puericione etc. ostendit quod in sacramento altaris quod est votum predicatur nemini aliud maximum votum, quo nos vouimus in xpo esse mansuros, utique in compage corporis

q^a et c. scisma xxiiii dis. et lxxxxiii di. qui cathedram etc.

xpi, cuius veri sacramenti est hoc ibi, de quo idem de con. di. ii. Qui manducat ∫ fine, et c. qui discordat in tertia glo.
Preteream[us] in[ter] illa, que Jacobelliani sepissime licet
surda aure audiuerunt basilee et alibi atque legere pot[er]unt
si volunt

Uenit ad aliam p[ar]tem p[ro]xa[m] nos q[ue] contra nos Ex[qui]o
conuentio que in egra in festo sancti galli sperabatur,
per vos nobis mittatur recusata Velitis rogamus
impigre que sequitur lectitare si veritate[m] scire diligitis
et reperietis nos veraciter dixisse in hiis in[...] s[...] insertis
Nam ignorantia historiarum et scripturarum decepit Jacobellum
et sequaces sacerdotes qui plerosque hactenus seduxerunt
Est igitur aduertendum quod xpus non nisi discipulis suis
legitur dedisse corpus suum et sanguinem, qui ut lucas
ait dixit, si quis non renunctiauerit omnibus que possidet
non potest meus esse discipulus, In primitiua igitur ecclesia
omnes xpiani qui cottidie communicauerunt siue sub vna siue
sub dupplici specie fuerunt discipuli, qui omnibus resignarunt
ut scribit sanctus Jeronimus de illustribus viris in capitulo
de philone dicens, In primitiua ecclesia omnes fideles
resignasse omnibus ut suo tempore religiosi, sicut etiam in
actibus apostolorum legitur, et ut scribit honorius in libro qui
gemma anime dicitur Hic modus quo ad religiosos omnibus
diebus communicandi suo tempore et ante tempore sancti benedicti
seruabatur, Sic ut scribit Crisostomus super epistolam ad
hebreos post collectione[m] ministrorum altaris qui sancti dici
cantur et intra sancta sanctorum circa altare communicant, apud
sacrum hostium vbi ad sancta sanctorum intratur per dyaconum
sancti ex populo vocabantur ad communionem, quod et hodie
apud grecos seruatur Et quia pauci se sanctos presumunt
raro aliqui veniunt, Et in decretis anacleti pape
per sanctum petrum in presbiterum ordinati legitur omnes
qui intererant consecrationi communicasse, dicit enim
textus decreti prout in originali et burcardo habetur,
peracta autem consecratione omnes communicent qui no
luerint ecclesiasticis carere liminibus Sic enim
apostoli statuerunt et sancta romana ecclesia tenet, et si

hoc neglexerint degradentur, ecce dicit degradentur, non igitur
intelligitur nisi de illis sanctis qui consecrationi
intererant, et ad sancta sanctorum admittebantur, sicut sunt
in sacris ordinibus constituti pars huius textus habetur
de con. di. i. Episcopus deo Idem probatur ex c. tercio iuxta
glo. et c. sacerdotum de con. di. ii. et sunt primi Clementis
successoris sancti petri et non reperitur alios tunc subdiaconos
sibi concasse Ita vide Sanctus dyonisius dicit in libro de
ecclesiastica yerarchia Et reperitur romana ecclesiam antiquitus
sic servasse ut Guil. in rationale divinorum dicit sicut presbiteri
celebrarunt pape et communicarunt, Ita hodie servat ecclesia Constan
tinopolitana quando enim patriarcha solempniter celebrat omnes
presbiteri conveniunt ad concelebrandum et communicant etc. Est similiter
attendendum quod antiquitus eukaristia dabatur ad manus
communicandi, et hoc etiam ex epistola sancti Cipriani ubi tractat
de miraculo calicis et puelle patet Et sacerdos grecus
dat eukaristia hodie ad manum, calicem autem nemo ministra
bat nisi dyaconus ut ibidem ex Cipriano, et Jeronimus
capitulum dicit lxxxiii. di. dyaconi sunt, et in legenda
sancti laurencii et sancti syxti. quo progrederis etc. reperitur
Et sic adhuc servat Romana ecclesia papa celebrante solempniter
et Constantinopolitana, Nam dyaconi pape et patriarche
calicem ministrant, et in concilio Rothomagensi de quo
in borcardo libro quinto c. lxxviij° fuit statutum contra
sacerdotes qui laycis et mulieribus dabant calicem,
precipiendo ne amplius talibus calicem tradat quoniam
corpus domini nesciunt diiudicare, neque inter cibum spiritale
et carnalem discernere Sed quod sacerdotes sumant et dyaco
nibus vel subdiaconibus qui sunt ministri altaris colligenda
tradant Ita tamen quod sacerdotes eos sinis propriis manibus commu
nicent Et subditur, sacerdos autem nulli layco aut femine
eukaristiam in manibus, sed tantum in os eius. cum his verbis
ponat, Corpus domini et sanguis prosit tibi ad remis
sionem peccatorum et ad vitam eternam Si quis autem hec
transgressus fuit quia deum omnipotentem contempnit et
quantum in ipso est inhonorat, ab altari removeatur
hec ibi Sic adhuc hodie sancta Romana tenet ecclesia

Nam dyaconi et subdyaconi de manu ipsius corpus
sumunt et residuum colligunt in calice, et laycis non traditur
eukaristia ad manus sed in os. Erat autem quedam consti-
tucio facta in concilio turonensi quod eukaristia que da-
batur in os communicandi intincta esset in sanguine ad hoc
quod presbiter veraciter dicere posset in tradendo, Corpus
et sanguis domini proficiat tibi. Sed hec constitucio per
Romanam ecclesiam non recepta ut patet de c. ii. omne de
con. di. ii. ubi Julius papa intinctum panem prohibuit.
Nec illa racio allegata in Concilio Turonensi fuit
valida quia nichilominus veraciter dici potest in tradendo
eukaristiam in specie panis Corpus domini nostri ihesu xpi
et sanguis proficiat tibi, ubi enim corpus ibi et sang-
uis, ut Innocencius tercius in summa sua declarat. Et quod
sacramentum sub specie panis secundum eundem Innocencium
dicatur sacramentum corporis et sanguinis xpi, videtur ex-
tra c. deus qui. in fi. de pe. et re. ubi viaticum taliter
nominat, licet secundum eundem in eodem capitulo non dicatur nisi cor-
poris sacramentum. Est tamen verum quod etiam laycis aliquo
tempore dabatur eukaristia sub utraque specie, sed non recipitur hoc
crebriter in anno, et aliter quam solempniter per ponti-
ficem in eius presencia deinde eius precepto factum. Exerci-
cium layci consueverunt tempore Crisostimi et ambrosij
vix semel in anno communicare, ut ipse Crisostimus super
epistola ad hebreos, et Ambrosius libro v. de sacramentis
testantur. Cuius statutum est per fabianum papam ut omnes
layci saltem ter in anno communicarent scilicet in festis pas-
che penthecostes et Natalis domini, alias pro xpianis
non haberentur. Item contra preceptum recipitur dyocesanis quod in-
firmitas non excusat, quod illa tria festa cum suis episcopis in
civitatibus celebrent ad accipiendum [illegible] vel bene-
dictionis graciam, et qui hoc neglexerunt [illegible] [illegible]
bantur ut reperitur in libro antiquo qui corrector pre-
Audit andreas populuz precantem
Talia reddens
Te precor celi sator atqz terre
Tolle iam clades scelerumqz penas
Et tui tandem populi misertus
Contere turchos
Hoc pius pastor mentiqz tanti
Pronus exorat miserere fessis
Da manum mundo prope iam labanti
Maxime rector
Hoc duces vrbis petrus atqz paulus
Supplices poscunt pariterque roma
Ipsa velut nitens gemmis coruscis
Strata precatur
Da pio vitam rogitamus omnes
Solus in turchos animo perenni
Ausus alpinos superare montes
Arma vocauit
Et caput prebet propriz libenter
Nomen ut tristi veneretur orbis
Ut viam nostre videat salutis
Perfidus hostis / Amen

h Unc ymnum iubente pio ediderat agapitus Episcopus Anchonitanus ciuis romanus / incertum iuris interpres an orator vel poeta preclarior Descendit exin pontifex de suggesto luminaribus vndiqz circumdatus et venerabile pignus in suis manibus tenens portauit in vrbem Cardinalibus et episcopis ceteris prelatis suuz seruantibus ordinem et palmas pre se ferentibus in via pre multitudine plebis et equoruz non pauci comprimebantur. vixque aditus in tanta populi frequentia patebat. Ad vrbis portam cleri pars affuit cum sacris occurrens apostolo venienti quo salutato rediit. cum eo in vrbem. et pontifex ecclesiaz beate marie ingressus caput apostoli in altario deposuit apud ymaginez gloriose virginis matris domini quaz tradunt beatum lucam euuangelistaz effinxisse. et benedicto populo episcopos ordinauit ex numero referendarioruz qui vigilias illi per noctem agerent. et ipse in thalamo. apud eandem ecclesiam preparato pernoctauit Nec dum sol conditus est. et ecce mutato aere nouas auster pluuias adduxit que noctem totam vsqz ad auroram te=

nuerunt Adeoq[ue] ingentes cecid[er]unt nubes ut nulla spes es
set in crastinu[m] efferendi p[er] urbem capitis ad basilicam beati
petri ut institutu[m] erat Communis om[n]i[u]m mentes occupa
rat meror tantam solemnitatem que preparata erat impediri do
lentiu[m] et tantam populi exspectatione[m] frustrari Confluxerat
infiniti advene ex germania Gallia hungaria et reliquis
transalpinis regionibus Tum vero ex Italia innumerabiles ad
ventaverant plebes et viri multi nobiles studio visendi sac[r]u[m]
verticem Adeo ut in iubileo qui sub Nicolao quinto Romano
pontifice celebratus est quem constat fuisse Maximu[m] nunq[uam]
una die maior hominu[m] multitudo visa fuerit et omnes tris
tes erant hij presertim qui non in pratis fuerant in pratis na[m]
multi postea introierant nec pium pontifice[m] minor affligebat
mesticia timente[m] sup[er] populo cuius desideria frustrari animadver
tebat et hinc civibus inde advenis condolebat qui pariter au
gebantur Rogabant autem universi deu[m] ut serenitatem
in crastinu[m] elargiretur Quos non audire noluit d[i]v[i]na
miseratio et simile vero est impetrasse beatu[m] Andream suo ca
piti placidum tempus qui exauditus est sua dignitate Sub
ito enim paulo ante solis exortum sive aquilo fuit sive boreas
sive alius ventus nubes omnes pepulit et celum nitidum se
renu[m]q[ue] reddidit et sol ipse splendidius ac supra modu[m] fulgid[us]
apparuit in oriente Ita ut meminerint multi et papie ponti
fex ipse illius distici
Nocte pluit tota redeunt spectacula mane
Divisu[m] imperiu[m] cum Jove cesar habet
Sed mutavit pius carmen dixit et circumstantibus
Nocte pluit tota redierunt tempora nostra
Nox fuit atra hostis lux erit ista diei Et subiunxit
Humida preterijt tempestas sicca reversa est
Nox inimica abijt luxit amica dies
Jussitq[ue] mox accersiri Cardinales et parari que essent ad
educendam pompam necessaria Ipse vero in thalamo suo ce
lebravit et passionem dominica[m] legit eius diei s[ecundu]m lucam
et finito sacrificio cum iam frequens senatus esset et omn[i]s
clerus accersitis Cardinalibus percontatus est quid facto
esset opus Nam ducere in pompa caput apostoli decretu[m] erat Ve
rum pedibus an equis iter agendu[m] nondu[m] certum et si enim
hesterna die mundaverat populus omnem viam qua erat
eundum nox tamen pluviosa multu[m] superinduxerat luti et

transitus in lubrico solo sacerdotibus sacra ferentibus et sanctis indu
tis vestimentis difficilimis videbatur Tum longitudo itineris
grauis apparebat senibus nam circiter duo milia passuum co
ficienda erant ab ede sancte marie popularis ad basilicam sancti
petri per mediam urbem Itaque multorum sententia fuit indul
gendum esse cardinalibus episcopis et abbatibus ut in equis insede
rent reliqui pedibus ambularent At id pontifici minime
placuit ne vel diuisa processionis pompa videretur vel parua sa
cerdotum deuotio et minor impensa diuino apostolo reuerentia
Jussitque ut omnes pedibus irent honorarentque suo labore sa
crum verticem dignique fierent indulgentijs Siqui vero senes
aut valitudinarij id laboris subire non possent irent alio itinere
equitantes ad sanctum petrum et ibi exspectarent in gradibus
ante fores aduentum pompe. et nichilominus qui non possent totum
iter pedibus agere possent autem partem tantum irent quan
tum suo ex arbitrio valerent/ se lecto loco ex quo possent ad sanc
tum petrum pedibus peruenire. quo audito per pauci fuerunt
qui non totum iter ambulare decreuerint Ex cardinalibus
quidem. Johannes episcopus penestrinus excellens theologus
extremo confectus senio. et Prosper Columpnensis doctrina
ac nobilitate illustris. verum podegra vexatus ad vaticanum oc
cultis aditibus se contulerunt. Ludouicus cardinalis sancti lau
rentij in domo se continuit sine inmodo impeditus domestico
siue quod ei solemnitati non ex animo fauebat Nicolaus sancti
petri ad vincula. Natione germanus. et Johannes sancte
prisce hyspanus viri docti et religiosi graui detenti vali
tudine cum interesse non possent petierunt ut domi manentes
indulgentiarum participes fierent quod pontifex indulsit Nec
philippum Cardinalem bononiensem Nicholai pape quinti ger
manum morbus recens interesse permisit Bessarion episcopus tuscu
lanus parum validus In campum florum pompe sese immisit aut
et ad edem principis apostolorum non sine graui labore peruenit
homo non tam annis quam morbis confractus Reliqui omnes
cardinales Excepto Ruteno. de quo post dicemus iter totum
pedibus exegerunt paucissimi quoque ex episcopis abfuere quamuis
multi egrotarent. Fuitque grande spectaculum deuotione plenum
et reuerentia Grande nos videre senes suis pedibus per
lubricum. ambulantes palmas In manu gestantes. et in canis
capitibus albas portantes mitras vestimentis sacerdotalibus
indutos. et ipsis candidis luminibus in terram defixis | nusquam

flectentes oculos sed orantes et divinam misericordiam super populo implorantes, et nonnulli qui prius in delitijs enutriti vix centum passus ire poterant non equis vecti hac die duo milia passuum onusti sacris vestibus in luto et aqua facile prexerunt. Guilhermus episcopus hostiensis onus sue carnis nam pinguis erat et etate provectus non sine labore tulit homo nobilis et regio sanguine natus. Nec alano Sancte praxedis Cardinali non difficile fuit molem sui corporis ferri homini magno et multo abdomine pingui ambo tamen alacres viam peregere At Johannes episcopus portuensis natione hyspanus vir civili doctrina excellens qui paulo ante ex legatione hungarica redierat non parum admirationis prebuit. qui et si senex erat et valitudinarius leto tamen et vultu et animo iter totum orando confecit. fascem portabat amor. et nichil erat amanti difficile. Laboraverunt in via non parum Alexander Sancte susanne et Jacobus Sancte anastasie cardinales Quorum alterum valitudo non bona. alterum sextus et sexagesimus annus pregraverat. vicit tamen devotio et nulla in parte pompe defuerunt. Latinus ursina gente natus laboris alias impatiens et imbecillo corpore ea die fortior effectus nil inter eundem laborasse visus est. Reliqui omnes etate et robore valebant ut petrus Sancti marci Eugenij quarti, Ludovicus Sanctorum quatuor coronatorum Calixti tertij nepotes Ricardus constantiensis qui olim karoli regis francie consiliarius fuerat Nicholaus theanensis qui pridem exercitibus prefuerat Marsosque domuerat. Johannes atrabatensis qui paulo ante abrogata sanctione pragmatica redierat ex Gallijs Jacobus papiensis litteris humanitatis apprime preditus Rodericus vicecancellarius et ipse calixti Nepos ingenio prestans. franciscus senensis cuius ante meminimus. et franciscus mantuanus nobilissimis ytalie atque Germanie familijs sanguine iunctus. fuitque in omnium vultibus et gravitas et religio et devotio neque ullus affuit gestus indecorus Adeoque modeste incessit cardinalium ordo ut supra modum ut supra modum astantes turbe commonerentur ad religionem animi Nec dissimilis visus est episcoporum et aliorum prelatorum incessus. et in omni clero admirabilis apparuit compunctio cordium Aderant ecclesiarum totius urbis sacerdotes sanctorum reliquias pre se ferentes. Aderant splendide vestiti romani cives Conservatores camere principes regionum et reliqui magistratus legati quoque regum et prin-

[margin:] recdie

cipum et barones urbis ferebantque in manibus ardentes
cereos et suum quique ex ordine locum tenebant. Pars legato
rum ac nobilium circa pontificem collocata est auratum ferens supra
caput apostoli pannum qui solis radios averteret quod umbraculum
baldachinum nostra etas vocat. reliqui antecedebant clerum. Sunt
qui asserunt xxx^ta milia candelarum ardentium in processu cleri et
populi ea die supputata fuisse ad pontem Adriani dum illac bi
ni et bini transirent homines. tantusque invectus est sacerdotum numerus
sacra ferentium ut qui priores incesserant ante ad sanctum petrum
pervenerint quam papa e loco suo se moverit. et nichilominus alter insta
bat alteri et precedentis vestigium mox qui sequebatur occupabat
Ut ergo cuncta fuerunt apparata et pompa iam diu ceperat
incedere descendit pontifex de thalamo suo humeris hominum ut
consueverat sella vectus aurea Nam pedum usum iam pridem
abstulerat podagra; misitque hostiensem episcopum qui duobus cardi
nalibus comitatus ex ede sancte marie apostoli caput ad se fer
ret Nam sibi pre multitudine plebis non patebat in ecclesiam aditus
Receptum est ex altario nobile pignus. et in manibus pontificis
datum vidente omni populo et dei misericordiam implorante pon
tifex illud exosculatus accipiens et ante se ferens et circumfuse
multitudini benedicens cepit procedere hora iam xiij. Tantaque ubi
que hominum turba viam obsederat ut vix milites papam sti
pantes iter fustibus aperire possent quamvis extra urbis edificia aliquan
diu esset eundum qua latiores inveniuntur semite flexit enim
pontifex ad dexteram tyberim versus et secundum fluminis ripam
incedens reliquit ad sinistram augusti tumulum quibus in locis
et si late alias patent nichil eo die vacuum erat. adeoque densisse
inter se hominum turbe coherebant ut iactum tritici semen vix
posset in terram cadere et pariter vici omnes usque ad sanctum
petrum obsessi reperiebantur. nec turba eadem erat que dimisso uno
loco alterum occuparet Sed nova ubique facies hominum ostende
batur Itum est prope tyberis cursum donec ventum est ad fre
quentia urbis edificia dextero itinere exin pompa ad sinistram
flexit. et per artos civitatis vicos et altas edes venit ad templum
pantheon quod gentiles dijs omnibus id est demonibus, maiores
nostri gloriose virgini matri domini et sanctis omnibus consecra
runt atque illac per plateam magni templi vertit se ad dexteram
manum quousque preteriijt divi Eustachij sacellum ibique rursus si
nistrorsum Itum est. ad edes usque berardi Cardinalis sancte sabine
sciencia iuris eminentissimi et exemplaris viri Tumque tercium

ad dexteram inclinatum est et via itum quam pape vocant usque
ad edes Maximi recens editas Inde denuo sinistrum iter acceptu
usque in campum florum quo ad dexteram ptransito platea san
cti laurentij in damaso occurrit quo in loco sinistro itum est
vico usque quo rursus quoque adesset ripa tyberis et postremo dex
tera via ad molem usque hadriani puentum ubi ponte transmisso
p viam sacram ad sanctum petru iter est habitum Quod ubique
floribus et odoriferis herbis stratum fuit / qua vero frequen
tius civium edes inuente sunt urbe tota tecta erat pannis
aut ramis arborum via / ne sol offenderet et omnes domoru
parietes ornati quos aulea pictique tapetes operuerant Inge
tem Romani et letitiam et devotionem ostendere et pariter curi
ales et advene Certantes invicem quo alter alterum honore
apostoli superaret Quidquid ornamentorum in domibus fuit
id totum effusum est. ad decorandas sacro capiti vias nulla
preciosa vestis ea die no est ostensa Matrone ac virgines in
ostijs ac in fenestris domorum cum luminaribus ac ornatu qui
tempori conveniebat orantes pompe transitum intuebantur /
sacrumque caput venerabantur Fumabant p trivia et univer
sas vias altaria / ardebant thura passim et thimiamata et odo
rate arboris ramusculi. pictas tabulas egregias statuas et que
vivos exprimerent vultus quisque domi habuit in portica ante
fores. et in propatulo collocavit. multis in locis psonatus varij
visebantur. pueri angelos celi representantes. alij dulce cane
bant /. alij organis psallebant / nullum musice artis instrumen
tum non audiebatur et simul apostoli laus ethera implebat
Tum viri fortes et diversa miracula passim suspensa transeu
tium oculos detinebant / superavit inferiorum et equalium omniu
studia Melchior equitum Rhodiensium procurator homo frugi
et doctus qui pre foribus sue domus altari erecto multa in
cendit thura et ornatus varios adhibuit. et cantores et tybici
nes et tubicines et diverso et delectabili concentu transeu
tis apostoli reliquias honoravit Cardinales qui eo itinere ha
bitabant cuncti suas domos mirifice appararunt uno dempto
quem honoris gratia subticio / ne forsitan irreligiosus estimetur /
Spoletanus quamvis abesset petierat enim ecclesiam sua per
sacram ebdomadam plebicule sue et suis omnibus satisfacturus
ministros tamen domi reliquit. qui et plateam adiacente pan
nis operuerunt et perpulchre parietes ornaverunt Sed victus

ab Alano sancte praxedis Cardinali quem vocant Auinionensem
Is edes habitauit in Campum Florum quo in loco magni pom
pei genium fuisse commemorant Nunc vrsinorum palatia sunt
que Nepos Eugenij pape Cardinalis portuensis in alieno solo
maximo sumptu edificauit Alanus in foro altari erecto tec
toque pannis aureis et multis odoramentis incensis prealtos
quoque palacij muros preciosis vestiuit ornamentis que ab A
trabato ciuitate gallie in Italiam feruntur At omnium sump
tus atque conatus et omnium ingenia longe superauit Roderi
cus vicecancellarius qui suas edes quas in solo veteris monete
altissimas et amplissimas diuitibus et mirabilibus pannis operuit
Tum celum sublime erexit in quo multa et vana suspendit mi
racula nec suas tantum domos sed vicinas etiam adornauit. ita
ut platea circumdata paradisus quidam videtur suauibus plena
sonis et cantibus. seu pluribus fulgens auro domus sicut Nero
nis fuisse perhibetur Tum carmina plurima appensa parietibus
legebantur ab electis ingenijs recens edita que grandioribus
conscripta litteris et diui apostoli laudes et pij pontificis preco
nia continebant Nec thusci negociatores mensarijque hadria
ni qui prope pontem habitant suas domos inornatas reliquere
Quippe qui alter alterum et sumptu et nouarum rerum studio
superare certabant Nulla fuit platea nullus vicus qui habi
tatores haberet qui non aliquid admirationis dignum pre se ferret
Pontifex igitur per tot miracula vectus. vehensque sacrum verticem
Denique in eam plateam peruenit que ante principis apostolorum
basilicam latissime patet. hanc externus impleuerat populus
Nam romani preter eos qui pompam duxere in suis vicis man
sere presertim femine. hic maxima exorta est vociferatio et
quasi murmur aquarum multarum Cum viso apostoli capite
cuncti se se tundentes pectora cum gemitu et vlulatu com
mendarent Ascendit pontifex scalam marmoream multorum
graduum quam ipse magno sumptu paulo ante construxerat pro
foribus atrij/ nam vetus illa Constantini opus iam defecerat
Superatoque summo gradu. vertit se ad multitudinem et bene
dixit ei/ sacrum ostendens verticem Ingressus vero atrium con
templatus est effigiem beati petri que sedet ante vestibulum
templi/ et tanquam statua illa germani aduentu letabunda fle
ret/ collacrimatus est duorum fratrum qui se iam pridem non
vidissent concursum atque complexum mente reuoluens. proces
sitque inde in ecclesiam que tota luminibus ardere visa est Nam

et ipsa plena erat viris ac mulieribus et pauci aderant non haben
tes aut candelas aut cereos accensos in manibus Tum lampades
innumerabiles et candelabra lucebant que omnia modulantibus
organis et canente clero admirabiliora reddebantur Ventum
est ad aram Maximam non sine magno labore inter confertis
simas turbas que vix gladijs dabant locum. Sub ara corpo
ra iacent diuorum apostolorum petri et pauli orbe toto veneran
da hic preciosum beati Andree caput repositum est Quod
prelati et viri excellentes qui aderant omnes exosculati
sunt Anno qui precesserat proximus percusserat apoplexia
Isodorum Episcopum Sabinensem Sancte Romane ecclesie
cardinalem natione grecum ex peloponnesso qui olim Russa
nis boreali genti prefuerat Cui etsi sermonem ademit intel
lectum tamen non abstulit. manebat hic domi languens qui
ubi transeuntem ante suas edes sacrum verticem conspica
tus est. nullo pacto retinere potuit quin sequeretur sanctas reliquias
Venit igitur suis pedibus in basilicam beati petri et ingressus
ferreas craticulas que sancta sanctorum cingunt, et maius al
tare custodiunt accedens ad pontificem signis ac nutibus indica=
uit se cupere diuinum apostoli verticem osculari Impetrata
venia cum multis singultibus et lacrimis et maxima reueren
tia desiderio suo fecit satis et tanquam voti compos exultauit,
domumque letus rediit Nam quasi patrie sue conditorem vidisset
ita sibi ipsi placuit. Et longe iocundior visus est venerandus
senex abire Tum bessarion Cardinalis dextrum altaris
apprehendens cornu et hinc sacrum apostoli caput illinc
pontificem intuens sermonem habuit in hunc modum

Sermo bessarionis Card.

e Cce frater tuus beatissime petre princeps apostolorum
et tu vas electionis et doctor gentium qui ultimo in
apostolatum vocatus pari dignitate principatum cum
petro obtinuisti Si inquam vester Andreas qui primus vocatus
ceteris viam ad saluatorem ostendit adest ecce vester Andreas
ut qui in celo vobis coniunctus ac conditori saluatorique hu
mani generis assistens gloria contemplationeque eius ~~perfruitur~~
perfruitur etiam in terris corpore hoc tempore coniungatur
resideatque aliquandiu vobiscum Is qui supra mille quadrin
gentos et viginti octo annos ab assumptione domini corpore
a vobis disiunctus extiterat. hunc enim achaia ut nouis
tis quam olim suo sanguine deo consecrauerat retinens procul
a vobis urbeque Romana que vos conditores que vos magros

fidei / que vos sanctos verosque pastores adepta est positum fidelis
sime custodivit. huius vero adventus sui causam non ignoratis
qui non modo cuncta preterita verum etiam pleraque futura in
verbo contemplamini Ceterum ut non ad vestram sed ad xpia//
norum siqui sunt qui ignorant id notitiam perveniat En ego
inquit tuus andreas petre frater postea quam a Salvatore primo
deinde tuo iussu ad predicationem euvangelij missus post multas
diversasque nationes quas fidei recte xpistianoque nomini de
dicaveram tandem in Achayam peloponnensi provinciam mul
titudine hominum tum nobilitate tum doctrina preditorum re
fertam Ita longe lateque euvangelij veritatem disseminavi ut
omnem provintiam ab ydolorum cultu ad veri dei religionem
converterim Ob quam rem ab egea proconsule cuius uxo//
rem etiam gladio ignique spiritus ab eo ereptam, cristo obtuleram
sacratissime cruci eo mortis genere quo tu et magister
noster dominus ihesus, ipse quoque vitam finivi ubi a maxilla pro mi
consulis coniuge sepultus. ad hec usque ad tempora requievi
a cristi cultoribus honoratus. magnisque sublatus preconijs
Sed cum machumetica gens heu rem miseram atque flame//
brem. quendam dyaboli filium antixpistum machumet sequens
occupatis primo ceteris grecie atque orientis partibus tandem
novissimis hijs temporibus Achayam quoque impijssime subiu
gasset ac nephario cultu subvertisset Inde ego nutu divi
no ab ex impiorum manibus profugiens ad te sanctissimum fratrem
ad te preceptorem atque magistrum ad te universalem cristiani
gregis pastorem a deo constitutum. tamquam ad tutissimum portum me
recipio ut quemadmodum paulus tuus ymmo vero noster, a fra.
tribus in sporta per civitatis muros demissus, eius qui damas
co preerat crudelissimas manus ut cristianum sanguinem consumaret et
euangelij predicationem finiret evasit Ita ego quoque ad te
confugiens filios quos michi vel potius tibi ymmo vero xpisto
domino nostro genueram.. impijs nunc. ac truculentissimis
hostibus subditos, et non modo libertate corporum privatos sed
etiam de fidei integritate periclitantes ope atque auxilio tuo ad
pristinam libertatem reductam ad verum dei cultum restitutam, et
ab omni spurcitia gentilium expurgatos cristo deo nostro
rursus incolumes reddam. Rem tibi profecto gratam atque ni
mium acceptissimam desiderans Nonne tu ille es zelantissime pe
tre qui Malcho pontificis servo in cristum noctu cum ceteris
irruenti auriculam gladio amputasti ad graviora quoque processi

rus nisi clementissimi magistri nostri voce pulsus abstinuisses
Nonne tu ille es qui si proditorem novisses, extemplo in eum
irruens cruciatibus affecisses et vel dentibus eum decerpsisses
Nonne tu ille es qui Ananiam et Saphyram quod spiritui sancto
mentiti fuissent morte multasti Quid modo ages an vero
in impios Turchos in salutifere ac sacratissime crucis acerrimos
hostes per quam te meque recepit qui per eam nos redemit in barba
ros membra xpi crudeliter dilaniantes ac cristum ipsum contume
lijs ac blasphemijs continue afficientes segnis eris aut piger
Ita ne eos patieris Ita ne eos impune debacchari permittes non de
cet hoc integritatem tuam non decet tuum illum ferventissimum
et incomperabilem zelum si Italia pro rebus minoribus egisti ma
iora certe pro maioribus facies Cum tibi presertim cristiani
reges principes ac populi colla subiciant tibi obediant tuis ius
sis et dominicis mandatis obtemperent Et quod omnium pre
cipuum est talem hac tempestate curam hoc desiderium animo incidet ut
innocentem sanguinem xpianorum crudelissime effusum iusta animad
versione ulciscatur Romani tui quorum urbem magistrum an
tea erroris inveniens veritatis discipulam atque regiam et sa
cerdotalem civitatem per sacram tuam sedem effecisti caputque to
cius orbis religione divina quam terrena dominatione latius
presidentem constituisti Illi inquam Romani tui cum adhuc genti
les essent nec dum tui non fratres et filios sed socios et ami
cos / regnis suis ab hostibus eiectos ut Masinissam a Syphace
ut Ariobarzanem a Mitridate ut alios ab alijs pulsos / ad
se fugientes suamque poscentes opem suis sumptibus laboribus
et periculis iuverunt ac cum magna et morum et sua gloria res
tituerunt Quanto magis tu petre sanctissime frater germa
no tuo et in passione socio proprijs pulso sedibus et filijs tuis ac
tuo gregi cui pascendo pastorem te prefecit dominus inter tot tor
mentorum ac calamitatum genera subvenies oppressos suble
vabis et ex iniquorum manibus eripies Nunc illo quem con
tra Malchum evaginaveras utendum est gladio contra servos
peccati contra servos iniquitatis contra mancipia omnis spur
cicie Nunc manibus Nunc dentibus nunc omni cruciatus
genere non contra xpi proditores duntaxat sed contra eius
vexatores atque oppressores irruendum nunc in eos qui spiritum sanctum
blasphemant et irremissibiliter peccant xpm deum dei filium
esse negantes nutu verbo dextera dei animadvertendum est
Nunc vomeres in gladios vertendi / nunc vendenda tunica

et gladius emendus est. nunc tuus zelus exardeat. nunc pauli
tui gladius acuatur ut tua ope atque auxilio per potentissi
mos occidentis principes fide quam predicasti quam approbasti
qua pater universorum factus est defensa / supra petram xpm
edificata ecclesia contra portas inferi prevaleat auctore et teste
ipsa veritate domino nostro ihesu xpo At ut hec ad te dicta suf
ficiant nunc successorem tuum dignissimum et verum xpi vicarium
pontificem summum appello qui me summis excepit honoribus
qui me tanta fide et devotione hesterno die salutavit qui
tali me oratione affatus est ut et ipse lacrimatus sit / et om
nes fere ad lacrimas commoverit / Quippe qui etiam lapidea
corda ad fletum facillime convertisset Te inquam pie pon
tifex maxime oro te precor te obtestor ut que a fratre petiis
tu qui sedem eius merito tenes qui ei in pontificatu digne
succedis exequaris atque perficias auge in dies animum que
ad vindictam cristiani sanguinis hactenus habuisti / ne de
sistas hortari principes xpianos et quod totiens a te interpel
lati nondum excitati sunt. minime desperes. verebuntur ali
quando xpm verebuntur petrum teque meque rogantes induent
xpistianum regumque animum digna tandem se facient et cru
delissimos hostes aggressi gloriam sempiternam cum magna tui
nominis celebritate et populi cristiani salute adipiscentur cui
te deus incolumem cum felicitate diutissime conservet sedis
petri gubernacula cum summo decore et moderatione tenen
tem et tibi pro sua pietate prestet graciam ut qui cum magna
me gloria in hac urbe impresentiarum accepisti cum maiori
in patriam aliquando reducas quemadmodum magno cum
effectu tua sponte heri pollicitus fuisti

Auditus est bessarion non absque attentione et gratia quam
vis fessi patres ex itinere quietem quietem cuperent
et iam sexta decima esset hora nec tamen illo finiente
gravati sunt audire pontificis responsum qui hec verba sub
intulit

Si loqui possent beatorum apostolorum ~~corpora~~ sacratissima
corpora que sub hoc altari iacent adventui profec
to tui venerandissimi capitis dive Andrea summope
congratularentur et verbis amplissimis suam letitiam explica
rent et que per te petita sunt auxilia ultro promitterent sed
requiescunt illa sine voce usque in diem resurrectionis Senti
unt tamen hodie sicut arbitramur ob presentiam tui cari

et tam cognati capitis miram suauitatem et internam quandam
dulcedinem maxime beati petri germani ossa tui quibus
fraterna caritas plus aliquid affert Spiritus autem eorum
in celo sunt in regno dei in regno cristi Nec dubium est quin
de te cogitent et opem diuinam implorent qua tuus hic ver
tex in sol . suum solium restituatur Agit petrus agit paulus
tuam causam et digni sunt ambo qui exaudiantur a domino
ne dubita exaudiet Jesus christus vocem fratris tui cuius est
non fratrem tantum sed fratres omnes confirma fratres tuos
dicente domino ad eum et tu aliquando conuersus confirma
fratres tuos quod non inepte ad confirmationem sedium trahi
potest Restituens volente altissimo fratris auxilio et beati
pauli precibus in tuo solio . et confirmaberis in eo vt speramus
usque ad finem seculi Quantum vero ad nos attinet quia nos
tri quoque facta est mentio qui locum germani tui tenemus in
digne ne multis moremur tibi Andrea dignissime christi a
postole quem ab ineunte etate usque ad hoc euii precipuo cul
tu venerati sumus . et inter celi cultores cum plerisque aliis no
bis aduocatum et protectorem elegimus omnes suppetias que
sunt in nostra potestate ad recuperandas tuas oues tuamque
domum hic in terra volenti et cupido animo pollicemur Nichil
est enim quod nobis magis cordi sit / quam cristiane religionis
et ortodoxe fidei defensio / quam tui nostrique hostes turchi con
culcare nituntur Quod si cristiani principes ac populi nos
tram vocem audire voluerint et suum pastorem sequi, videbit et
letabitur omnis ecclesia nec nos que sunt officii nostri neglexisse
nec te frustra huc impetratum fratris auxilia venisse / atque
hiis dictis et collecta decantata surgens dimisit in altari
nobile pignus . vt omnibus ea die videndum pateret Auditoribus
que sacri pallatii custodia demandata Indeque abiens cantanti
bus cardinalibus et episcopis et alta voce deum laudantibus
iuit ad locum ex quo populus videri poterat et multitudini bene
dixit . at nepos eius secundum carnem senensis Cardinalis plenarias
indulgentias annunciauit atque in palacium reditum est . et se
quentis maioris ebdomade dies diuinis officiis pro veteri obser
uantia sunt attributi et passionis dominice sacra peracta
non absque plebis ingenti deuotione In quinta vero feria in loco
ad id electo pontifex cum cardinalibus et omni clero consuetum
promulgauit anathema et homines quatuor perdicionis filios no
minatim excommunicauit atque extra ecclesiam fecit Sigismundum


Ep[iscop]o austrie ducibus qui violentas manus in cardinalem sancti
petri Episcopum suum brixinensem iniecerat. ipsa die sacra et
magna dominice resurrectionis Ac Gregorium hamburgensem
cognomento errorum qui paulo ante velut hereticus fuerat
condempnatus. ut qui auctoritatem ecclesie parvifaceret contep
neretque censuras et dampnatos dogmatizaret errores Ter
tio loco excitati sunt duo fratres tyranni . alter arimini . al
ter Cesene Sigismundus et Malatesta filij pandulphi ex gene
re Malatestarum extra matrimonium nati. qui sepius requisiti
debitum ecclesie Romane censum prestare contempserunt Et Sigis
mundus quidem tocius malicie caput et venenata mens sine
religione sine fide sine deo nullius peccati non reus paulo post de
heresi convictus dampnatusque est. et eius ymago duobus in locis
et pro scalis basilice Sancti petri et in Campo florum publice
exusta est. quia compertum est nichil eum de futura vita cre
dere et animas simul cum corporibus interire pertinaciter et pro
caci asserere lingua ¶ Die sabbati que fuit aprilis xvij cele
brato grandi officio cum benediceret populo pontifex maximus
promisit in crastinum ob reverentiam resurrectionis in ecclesia prin
cipis apostolorum sese rem divinam facturum portaturumque eo
sacrum andree caput ut iterum atque iterum videretur quod
ex altario beati petri abductum in palatio recluserat Res no
va et insperata fuit Nam propter egritudines et absentiam ponti
ficis ante quatuor annos non viderant Romani suum pontificem
divinam ostiam offerentem Cumque suis pedibus stare pius presul
nequiret excogitata ingenia sunt ut sedens celebraret Ab
ipso tempore quo sacrum caput ex Narnia portatum est. usque
in sabbati singulis diebus noctibusque pluit tantumque pluvia
cessavit quantum id fuit in itinere quod in religionem pie mentes
verterunt. tamquam apostolo suo in publicum exeunti eam
serenitatem condonaret deus Auxit eam religionem ipsa
dies pasche. Nam quamvis tota nocte pluisset mane tamen se
renum rediit et quamdiu solemnitas sacraque pompa ducta
est. splenduit sol ita ut diceret iterum pontifex Nocte plu
it tota rediit sed mane serenum Nox fuit en sathane lux
erit ista dei Descenditque in ecclesiam apostolicam sacrum pre
se gestans verticem et divinam rem agens ostiam obtulit deo
acceptissimam filium suum. tradiditque quamplurimis sacratissimum
xpi corpus et clericis et laycis sua manu. Inter quos fuerunt
oratores venetorum Nicolaus Sagundinus et Senensium

Condemnatio heretici et contendentis contra fidem

Sedens ambulat

veronica

Augustinus datus Ambo insignes rethores et philosophi elegantes
grecis ac latinis litteris imbuti Nec minor hys policarpus re
gis hungarie legatus et alij prestantes viri expleto sacrificio
accepit pontifex venerabile caput et pergens in pompa cum car
dinalibus et clero venit in eam templi partem qua sancta servatur
veronica Sic enim appellant admirabilem iesu cristi faciem im
pressam sudario quod veronica insignis mulier illi dicitur ob
tulisse stetitque procul et iussit ostendi sudarium petrus cardinalis
sancti Marci nobili loco apud venetos natus est Eugenij ut
diximus nepos et archipresbiter eius ecclesie scala conscensa vene
rabilem sacramque domini figuram ostendit ter pro suo more miseri
cordiam implorante populo. fuit res mira veneratu et admiratione
dignissima illinc sanctum intueri salvatoris vultum. hinc eius apos
toli preciosas reliquias Tum pontificem maximum cum cardinalibus
et omni clero flexis genibus nudatis capitibus orantem cernere
Exin ventum est ad locum benedictionis in quo non minor turba
hominum fuit quam nuper in priori pompa. viderunt et qui novi
ter advenerant nobile apostoli caput. et benedictionem pij presulis
acceperunt ac remissionem plenariam delictorum qui per confessionem et
contritionem capaces fuere Abijt in edes suas pontifex et sacras
apostoli reliquias secum ferens servandas in arce sancti angeli re
condidit donec loculus eis ydoneus apparari posset non pro ho
nore et decore tantummodo beati Andree domini apostoli verum
etiam pro gloria magistri eius salvatoris xpi Cui est potestas
et imperium per infinita seculorum secula Amen amen



PII PAPE SECVNDI EPISTOLA AD TVRCVM MISSA: IN QVA CONTINETVR TOTA FIDES CATHOLICA: FOELICISSIMAE INCIPIT

IVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM
dei Illustri Mahumeti principi Turcorum
Timorem diuini nominis & amorem:
Scripturi ad te aliqua pro tua salute &
gloria. proque communi multarum gentium
consolatione & pace: hortamur ut be-
nigne audias verba nostra. nec prius damnes quam iudices.
nec prius iudices quam singula diligenter intelligas. Ac-
cipe que scribimus in bonam partem: & usque in finem pa-
cienter audi: Si bona sunt que suademus amplectere.
si mala respue & in ignem mitte: Neque idcirco epistulam
reiicias quia christiani nominis est. & eius christiani
qui ceteris preest. Non enim te odio persequimur neque
tuo insidiamur capiti. quamuis nostre religionis hostis
existas & armis christianam urgeas plebem. Operibus
tuis non tibi sumus infensi: diligimus iubente domino
inimicos nostros & pro persecutoribus nostris oramus.
Sapientibus & insipientibus debitores sumus. & omnes
cupimus fieri saluos. Grecos. Latinos. Iudeos. Sarra-
cenos. omnibus optamus bona: Sed scimus vera bona
neminem assequi posse: qui extra Euangelium degit.
& a christo domino nostro est alienus: Noli aut aures
claudere, aut oculos auertere: cum christum nomina-
mus quem Mahumetea lex in qua natus es & virum
sanctum & prophetam magnum, & virginis filium
& miraculis clarum dicit: Multa tibi per eum & max

ima bona euenient. si ei credideris & eius sacris initiari
volueris horresces hec cum primum accipies. Sed audienda
est tota lex deinde iudicium promendum: Audi quo ten-
dimus: Multa tibi & tuis progenitoribus cuz christianis
bella fuerunt. multus sanguis effusus est. multe vrbes
delete. sacre edes incense. rapte virgines. violate matrone.
vastati agri: Scelera perpetrata sunt. quecumqz in mentez
venire possunt. duz Turcus & christianus vter imperet. gla-
dio contendit: Tibi vt fama & opera ipa loquunt. ingens
desiderium est christianos sub iugo mittere. & Imperi-
um latini nominis obtinere: Et sunt fortasse qui hoc
facile suadent. & omnia tuis armis parua dicunt.
Et alij tuas vires amplificantes christianas attenuant.
Alij in diuisionibus & odijs que gentem nostram exce-
dunt spem collocant. haud difficile existimantes eos
vinci ab exteris posse qui domi dissident: Nos non ita ig-
narum te credimus nostrarum rerum quin sciās quāta
est christiane gentis potentia. q̄ valida hyspania. quaz
bellicosa Gallia. q̄ populosa Germania. q̄ fortis Britan-
nia: q̄ audax Polonia. q̄ strenua hungaria. q̄ diues
& animosa & bellicarum perita rerum Italia: Sola hun-
garia diu progenitores tuos & teipm fatigauit. octua-
gesimum iam annum aduersus hungaros Turcorum
signa feruntur. & adhuc circa Sauum & Danubium
herent: Vna te gens tuasqz vires agitat. Quid facias
si tibi cum Italis aut Gallis aut Germanis res fuerit
amplissimis & robustissimis populis: forte non deest qui
dicat Iustinianum Imperatorem Constantinopoli se-
dentem. misso in Italiam Bellisario. cuz parua manu
militum. perditam Romam & reliqua loca vsqz ad Alpes

recuperasse nec te Justiniano minorem esse. Caue ne te
fallant adulatores. Domestica regum & assidua pestis.
Facile principes magna de se loquentibus aurem prestant.
atque iccirco sepe decipiuntur. Rarus est qui non se vero
maiorem credat. Justinianus uniuerse Grecie & Illirici
& Asye & lybie dominus erat. & Italiam non acquisiuit.
sed recens perditam recuperauit. & a Gothis gente barba-
ra non ab Italis abstulit. Nondum amor imperii Romani
in mentibus Italis refriguerat. Neque illius erat qui bar-
baricum iugum equo animo ferret. Cuncti arma
pro Imperio & pro patria magnis animis susceperunt.
Nec tam Bellisarius Italis libertatem restituit quam
Itali suum decus vendicarunt. Tui progenitores numquam
aut possederunt Italiam aut viderunt. nec tibi ius vl-
lum in ea est. Quod si pergas Italiam inuadere. senties
tibi cum viris bellum esse. Fatemur res claras tui maiores
egere. nec tua minora sunt opera. qui Constantinopolim
expugnasti. & Peram e regione Ienuensium coloniam &
in Raschya & in valachya non parum agri adeptus es.
& sepe tuos hostes fudisti. & hoc anno Synopem ve-
tustam vrbem Mithridatis Eupatoris patriam & eius
tyrannum cepisti. & Trapesuntem direpta incolas eius &
Imperatorem in captiuitatem abduxisti. Et Johannem
Cassanum prelio congredi ausum superasti. Magna hec
tibi videntur. nec nos parua dicimus. At Julius cesar
cum de victoria pontica triumpharet in curru quo
vehebatur hec verba iussit inscribi. veni. vidi. vici. im-
belles eas gentes & parui momenti existimans. quas
Pompeyus paulo ante domuerat. & tu hac estate supe-
rasti. Alia est Italorum natura. alie vires. alia ingenia.

alij animi. nesciunt subesse qui soliti sunt preesse: Et
nunc tota Italia armata est. equis & hominibus plena:
nec pecunia caret. que neruus belli dicit: Non pugna
bis contra feminas aut Italiam aut hungariam ingres
sus/ aut aliam in occidenti prouintiam ingressus. ferro
hic res agitur. non asyaticis sudibus/ calibeus torax
pectora tegit. equi simul & homines tecti pugnant.
ordines seruant. nec vano metu pauent/ fortior sit neces
se est & manu promptior & animo presentior qui eos
loco depellat: Nec christiana dissidia desiderio tuo con
ducere putes. aut in his confidas: vnientur christiani
omnes si quando te audiant interiora christianitatis
accedere, nec tu melius christianorum paci consulere
potes quam validis & magnis copijs christianitatem
inuadens. cessabunt priuata odia vbi publica senserint.
& coniunctis viribus aduersus communem hostem
arma sumentur. Nec tu necesse arbitreris ad propul
sandas tuas incursiones ad comprimendum tuum impe
tum. tuasque vires elidendas. totam christianitatem vni
endam esse. quod fatemur difficile: Sed vna ex quatuor
nationibus satis fuerit. superque satis/ tuas copias profliga
re. Atque vt de alijs taceamus complures esse in tuo pala
tio arbitramur. qui terram Italie lustrauerunt. & vires
& ingenia nosciunt. ipsos audi atque interroga: an equari
tuis viribus possit Italia: an vinci tuis armis: an tuo
imperio subici: plus negotij Romanis fuit Italiam ac
quirere. quam orbi reliquo frena imponere: Dicet aliquis
quod supra tetigimus intestina odia que nostram gen
tem nostram excogitant/ introitum tibi in Italiam posse
prebere. & si vnus principum te excludat. alterum inclu

situm daturum quam aditum. Sunt divisiones sane et
inimicitie et simultates inter Italos plures et graves.
et utinam non essent. Sed nullus est qui dominum pati
non christianum velit. Omnes in fide orthodoxa mori
volunt. nulli animus est a religione recedere. Non hic
invenies quod tui maiores apud grecos qui contende
tibus de imperio duobus nunc uni nunc alteri minus
potenti auxilia ministrarunt. donec ambos enervatos
et exhaustos essent. et sibi principatum arripuere. Alie
sunt Italie potentie. alii Regum oculi. alia civitatum
consilia. Venetorum respublica sapientia dives et auro.
christo devota. ut nostra fert opinio prius evertetur fun
ditus quam hostem religionis in Italiam patiatur intrare.
atque hec quidem per sese quando statuerit nullis adiu
tam vicinis. tuas opes evertet. tantum terra marique po
test. An florentie urbis magnificentiam ignoras. et vires
et opes. et quantus est in ea religionis cultus. quanta
erga ihesum reverentia. quantus amor. Credis ne fieri
posse. ut hec civitas diverse religionis hominibus aperiri
sinat. Sunt alie multe urbes insignes. multi princi
pes clari et magni. Nihil de regno sicilie dicimus quod
armis hac concutitur tempestate. non possumus multa
nobis de illo promittere. Licet tamen hoc asserere quod quamquam
duo reges de ipso litigent. et bello decertent. maluerit
tamen uterque regno privari. quam tuis auxiliis victoria
potiri. Quod si ad te alter confugerit totius italie in
se odia concitaverit. In Gallia cisalpina. que et ipsa pars
est Italie dux. Mediolanensis in armis excellit et pote
tia. par regibus habetur. Nec parve sunt ducis Mutti
ne vires. aut Genuensis. qui liguribus preest mari no

contempnendus: Ducis Sabaudie opulentus & validus
est in italia principatus. Adest Marchyo Mantuanus.
Sunt alij complures vrbium domini quibus nihil posset
molestius. quam nobilem Italiam vane superstitionis ri
tu fedari: De nobis & Romane ecclesie ciuitatibus ac
prouincijs tacemus. quando nostram tibi professionem
haud ignotam esse confidimus. quibus sola cure est
seruande & ampliande fidei domini nostri ihesu: hec
si accepisti ab alijs, gaudemus. veritatem enim accepisti.
si minus, hortamur. hec discutias, & verum vestiges:
inuenies nihil nos esse mentitos: Non folium Sybille
vt quidam ait. sed euangelij paginam recitamus. diffici
le est atque adeo difficile. vt impossibile dici queat te tua in
lege permanentem voti compotem fieri. Si ut aiunt im
perium christianorum desideras. dices quod plurimos tibi
christianos subesse. & de reliquis idem speras: Non est
par ratio. paucissimi sub tuo imperio christiani sunt. qui
ad veritatem ambulent euangelij. omnes sunt aliquo erro
re imbuti. quamuis christum colant Armeni: Iacobite.
Maronei. & alia quedam nomina. Greci a Romane ecclesie
vnitate aberrant. cum tu Constantinopolim inuasisti: nec
adhuc decretum florentinum acceperant. & in errore
perstabant. nec de sancto spiritu. nec de purgatorio igne
consona recte fidei sentientes. pauci fortasse inopes
veri christiani, necessitate non voluntate tibi obediunt.
At vrbes Italie potentissimas non est tuum cogere. vali
diores sunt quam tuis queant exercitibus superari.
Nosti que tibi acciderunt cum Taurinum inuasisti. quod
nostra etas Belgradum vocat. pauci cruce signati
innumerabiles tuas copias prostrauerunt. Non est

de Italis spectanda victoria, quibus adversa fuit
in hungaris pugna: Quo circa ut eo tandem veniam
quo nostra festinat oratio. et id scribamus quod ad scri-
bendū compulit. tuamque gloriam et tuā salutē tibi
demumque ostendamus: Adhibe his paucis animum si vis
inter christianos tuū imperiū propagare. et nomen
tuum quā gloriosum efficere. non auro: non armis: non
exercitibus: non classibus opus est. parva res, omniū qui
hodie vivunt maximum et potentissimum et clarissimū
te reddere potest: Queris que sit. non est inventu diffi-
cilis. neque procul querenda. ubique gentium reperitur. id est
aque pusillum quo baptizeris. et ad christianorum sacra
te conferas. et credas evangelio. hoc si feceris non erit in
orbe princeps. qui te gloria superet. aut equare poten-
tia valeat: Nos te grecorum et orientis Imperatorem appel-
labimus. et quod modo vi occupas. et cū iniuria tenes.
possidebis iure: Christiani te omnes venerabuntur. et suarum
litium te iudicem facient. oppressi undique ad te veluti
commune patrocinium confugient. et toto fere orbe
ad te provocabitur. Multi sponte sua sese tibi subiicient.
tribunalia tua sequentur. et tributa prestabunt. Lice-
bit tibi surgentes extinguere tyrannides. iuvare bonos.
oppugnare malos: Nec romana ecclesia te arguet recta
vadentem: Eadem erit apud te caritas prime sedis. que
in ceteros reges. et tanto maior. quanto eris ipse sublimior. Fa-
cile hoc pacto sine sanguine. sine armis. multa poteris
nancisci regna ¶ Vladislaus lituanie princeps vituldi
frater cū aspiraret ad regnum Polonie. essetque infidelis.
ut voti sui compos fieret. christianus effectus est.
et regnum obtinuit. Cuius nunc filius Casimirus

regnat. Alter filius qui etiam apud hungaros regnauit
in bello contra genitorem tuum gesto superatus occubuit.
Quid veris de te fiet, christianis iniciato sacris: Magnus
erit ad te concursus & felicitatis genus existimabit
inter subiectos tuos annumerari: Quippe vt arbitramur
si christianus fuisses. mortuo Ladislao hungarie ac bo-
hemie rege. nemo preter te sua regna fuisset adeptus.
Superassent hungari post diutina bellorum mala sub tuo re-
gimine pacem. & illos Bohemi secuti fuissent: Sed cum
esses nostre religionis hostis. elegerunt hungari viri
fortes & fidelissimi: religionem potius cum bello retinere
quam ea perdita pacem consequi: Quot sunt hodie in
Epyro in Peloponeso. in Macedonia: in reliqua gretia in
Dalmatia. in insulis, Egey. carpatij. & Ionij maris. qui tuum
Imperium non alia de causa refugiunt. nisi quia alie-
nus es a christiano ritu: & hi modo ad nos modo ad
alios recurrunt. opemque petunt. extrema omnia subi-
turi. priusquam te circumcisum & alienigenam dominum
ferant. & nos eos aliquando argento. aliquando frumento.
aliquando rebus alijs subleuamus: Quod si baptiza-
tus esses, nobiscum ambulares in domo domini cum
consensu: nec illi tuum Imperium tantopere formida-
rent. nec nos eis aduersus te ferremus opem: Sed tuum
potius brachium in eos imploraremus. qui iura ecclesie
Romane nonnunquam vsurpant. & contra matrem suam
cornua erigunt: Et sicut nostri antecessores Stepha-
nus. Adrianus. Leo. aduersus haystulphum & Desi-
derium gentis Longobarde reges. Pypinum & Caro-
lum magnum accersiuerunt. & liberati de manu ty-
rannica Imperium a Grecis ad ipsos liberatores transtu-

lerunt. ita & nos in ecclesie necessitatibus tuo patrocinio
vteremur. & vicem redderemus accepti beneficij. O q̃ta
esset habundantia pacis. quante christiane plebis exultatio.
quanta iubilatio. in omni terra. redirent Augusti tempora.
& que poete vocant aurea secula renouarentur: habi
taret pardus cũ agno. & vitulus cũ leone. gladij ver
terentur in falces. in vomeres. ac ligones rediret omne
ferrum / extolerent agri / aspera dumis trita terra mitesceret.
V iti repararent & vrbes. Resurgerent / templa deo sacra q̃
ceciderunt. emergerent / collapsa monasteria & plena
viris religiosis / diuinis omnia laudibus personaret.
O quanta esset tua gloria. qui pacem orbi reddidisses.
O quanta tibi redundaret felicitas. qui ad eterni pas
toris ouile cunctas redegeris oues. O quantum te
omnes amarent. obseruarent. extollerent. qui com
munis omnium pacis & salutis fuisses auctor. Dicet
aliquis hanc pacem. hanc vnionem. hanc cõmunẽ
leticiam haberi posse sub tua lege. Errat qui hoc
censet. Multos reges multos populos vincas. oportet
priusq̃ tuam legem vbiq; dissemines. nec si vincas cor
pora, vinces animos. Sciunt christiani suam legẽ scĩ
esse & veram & salutarem. nec dimoueri ab ea possũt.
quamuis aliqui libidine ducti. aut auaritia tracti.
aut voluptate illecti. aut metu mortis attoniti
aut cruciatu superati non numq̃ circumcidant.
& in tuos ritus concedant. quorũ si corda posses inspice
re. intelligeres neminem esse qui libenter consulteq; re
cesserit ab Euangelio. Ostendimus supra quantũ pre
cellant christiane vires tuas. & quantũ difficile sit tot
nationes christum colentes euincere. Non est quod

patrem speres sub lege Mahumetea in qua non est salus. Dif
ficultatis experimentum ipse vides. qui et si multis christianis
hisque non omnino veris imperas/ minime tamen eis tuam legem
persuadere potes. minus persuadebitur veris. Que non in argu
mentationibus rationum sed in solo ferro fundata est. ut que
vincere disputando non sperat et vinci formidat. Non sunt
christiani qui vel bello superari possint. vel disputationibus
decipi. quando et armis excellunt. et rationibus munitissimi
sunt. non solum diuine scripture. sed etiam phylosophye. Im
possibile est sub lege Mahumetea unionem fieri. Sub christia
na facile fieri potest. et id magna ex parte in tua volutate
consistit. Tu unus si annuas, turci omnes annuent. nec
Syri aut Egyptii. aut Arabes. aut Lybies aduersabunt.
Tecrum quitquid est intra hellespontum aut et euphratem
et quitquid possides in Europa conuertetur. Quid faciet
baculus Egyptiorum Arundineus. quando christianum te
viderit effectum. Quid imbellis Arabs. Quid nudus Affer.
Omnibus his Ethyopes imminent. presbitero Iohanni pa
rentes. qui christianus est. Non poterunt et illis et reliquis
christianis obsistere. Nili cursum obtinere possunt Ethy
opes. et congregatam aquam dimittere. que rumpat agge
res. et totam inundet Egyptum atque submergat. cum Sydus
apparet Arcturi. hyspani et Siculi facile Mauritaniam in
uadunt. et Cathalani, tum Ienuensibus. Scis quantum
valeant occidue classes et quantus est terror. vel Tyrys
vel Alexandrinis vel ceteris orientalibus. quando chris
tiane triremes ad eos nauigant. Tua certe auctori
tas et animi magnitudo et in bellis felicitas apud
omnes admirationi est. qui Mahumeteam sequuntur
legem. Quod si te nobis adiunxeris. breui totus oriens

reuerteretur ad christum. Vna tamen voluntas pacare orbem potest. & ea tua est si ad baptismi gratiam se conuertat. Inte est crudelibus bellis imponere finem et tantum prestare mortalibus bonum: quantum effari non possumus: Queret aliquis quomodo quiescet orbis Turcis ad christum conuersis. quando nec ipsi christiani inter se concordes existunt. & multa per Italiam Germaniam Galliam & reliquas prouintias deseuiunt bella diximus dissidere inter se se nostre gentis homines. Non negamus & pluribus in locis ferro contenditur. Diuino olim consilio sub octauiano propter reuerentiam Saluatoris. qui tunc secundum carnem natus est ea pax in orbe fuit. que nec antea nec postea visa est. Difficile est & prope modum impossibile quiescere in terris omnia, vbi homines sunt affectibus subiecti reprobis. Illum ambitio exagitat. hunc cupiditas trahit. Libido alium impellit. multa est inter mortales belli materia: Sed non sunt tam atrotia inter christianos prelia. quam inter Turcos & christianos. Christianus cum christiano de agri possessione. de regno. de imperio. de gloria contendit: Cum Turco. de Libertate. de vita: Inter christianos qui bello vincuntur positis armis. nec vita nec libertas amittitur. & multis etiam patrimonia dimittuntur. Principes imperio priuantur. Inferiores dominum mutant. reliqua tenent: In prelijs que geruntur aut cum Turcis aut cum Sarracenis qui succumbunt. si vitam non amittunt in seruitutem rediguntur. & multi etiam religionem renunciare coguntur. hec acerbissima sunt. & immanissima bella. Que si tollantur quod in te situm esse monstrauimus. pax maxima exoritur & vniuersalis quies: Nam reliqua bella huic comparata faciem quodammodo pacis habent

& ocij. nec illa tam multa erunt quando vnus assit qui solo
nutu compescere possit iniurias. qualem te futurum non ambi
gimus. si cum tua potencia christianus efficiaris. vides ne
quantum tibi laudis affert baptismi lauacrum. quantum
cum christo sublimis & conspicuus redderis: Quis prohibet
aquam? Quid metuis? voces fortasse aulicorum times
tuorum: quorum non dubitamus dicturos tibi aliquos. Quid
cogitas? Quid audis? Quorsum te tua voluntas trahit?
V is baptizari? vis christianus fieri? nescis quod pericu
lum adis. omnes te turchi deserent. & vbi existimas fie
ri magnus: fies nullus: Ex turchis natus. turchos de
seres: Inter turcos creuisti. Turcorum te manus extulit.
T urci Asyam & Greciam gubernant: Turci exercitibus
presunt. qui uel minimam famam tue mutationis
acceperint. e vestigio sumptis armis & deiecto te impera
torem alium sufficient. tu nudus & exul si euaseris. apud
christianos mendicabis panem: Nam quis turchus
est quem sue religionis peniteat? Moriemur omnes pri
usque nostri prophete iugum excutiamus: Non sunt par
ua que isti obiciunt: Adhibenda est & huic parti mede
la. quam nemo teipso melius inuenerit: Nosti tuos ho
mines. & quibus prouintias commiseris non ignoras. Qua
sit cuiusque fides: & quis animus non te latet. non fit
sine periculo magnum facinus & memorabile. Vilia sunt
que paruo emuntur. diligentia hic & labore opus est.
peruestiganda sunt amicorum consilia. noscenda subditorum
ingenia. & hijs vtendum est. quos fidos & prudentes
videris: Seruiunt tibi non pauci ex christianis nati. qui
quamuis circumcisi sunt. non tamen christianum
nomen oderunt. hijs exercitus. hijs prefecturas credere

potes. qui tui sint amantissimi & ita regnum or/
dinare. ut quando velis presto sint omnia: Tui subditi
magna ex parte greci sunt. & Armeni ut diximus &
Jacobite. qui & si aliquid erroris habent. christiano
tamen nomine censentur nec aliud magis cupiunt
quaz te similem eis esse. & illum deum colere. quem colunt
ipsi. Sperarent meliori se loco futuros. qui nunc man/
cipia quaz vilissima sunt. tributa exsoluunt grauia iniu
riis afficiuntur cotidianis: ad bellum ducuntur inuiti,
& inermes cedibus exponuntur. priuantur liberis & ux/
oribus miserrima res est. postquaz filios educarunt.
eos perdunt. rapiuntur. in palatium, pueri circuncidunt.
& Mahumeteis ritibus imbuuntur: vident infelices
parentes se non modo corpora liberorum. verum animas
etiam ire perditum. & angustiati inter tot calamita/
tes plorare non possunt. maiora mala timentes: Nemo
horum te diligit. neque enim natura fert ut eos amemus
a quibus patimur mala: Quod si te christianum cer/
nerent. mirum in modum diligerent, felicitatem
tuam cuperent. & omnibus studiis tuam gloriam
quererent. & filios suos & seipsos. quam libentissime tibi do/
narent: Magna est horum multitudo. & pro sua religio/
ne constantia: Quod si prudenter eos tractaueris. nihil
tibi de rebellione turcorum verendum erit. qui medios
inter christianos se se videntes. tue potius voluntati
consentient fortunas & dignitates seruaturi. quaz
mortis periculo se subiiciant: Non suademus rem
nouam aut insuetam. Tritum est iter quod osten/
dimus. Multi hoc & magni reges ingressi sunt: Apud
francos ex gentili & ydolatra christianus effectus est

clodoueus & simul cum eo regni proceres baptizari nō
recusarunt. Apud hungaros Stephanus nostris initiatus
sacris omnem illam gentem christo acquisiuit. Apud vi
sigothos qui longo tempore in hyspania regnauerunt &
vsqȝ in hec tempora eiusdē gentis sanguis imperat Ricar
dus Leuuigildi filius suadente Leandro ispalensi epō
Arriane renuntiauit heresi. & cū omni gente sua catho
licam fidem complexus est. Apud Longobardos Agilul
phus suasu coniugis Theudelinde reliquit ydola. & cū
omni populo christiane sese legi subiecit. Apud hyberos
qui sunt in Asya imperante Constantino maiore Rex gē
tis cum coniuge & omni nobilitate atqȝ plebe ad predi
cationem vnius captiue mulieris relicta ydolorū insania
baptizatus est. Sed quid moramur & non exemplū illud
adducimus quod est omnium maximum. Constantinus
ipse imperator ac Monarcha viam aperuit. quam tu &
tui similes ingredi absqȝ vlla cunctatione possetis. omnes
qui eum precesserant imperatores excepto Phylippo gen
tiles fuere. Iouem. Mercurium. Apollinem. Herculem.
& alia que sunt monstruosa nomina tanquam deos co
lebant. Senatui & omni Romano populo stultitia
christus erat. proponebantur passim edicta que
christianos comprehendi videbant. & nisi sacrifica
rent idolis crudelibus modis interfici. Nihil vilius
erat nomine christiano. Insanie genus & maleficiū
habebatur omnium qui christo crederent Sub Nero
ne. sub Domitiano. sub Dyocletiano. crudelissima in
christianos deseuit persequutio. At Constantinus
acceptis imperij fascibus. postquam persuasus est a Sil
uestro predecessore nostro in simulachris demonia

Constantinus fidem accipit

coli. & tantum deum esse cum patre & spiritu sancto
christum ihesum. & in Euangelica tantummodo lege
salutem inueniri. non est cunctatus christi fidem am-
plecti. non dixit. Senatus mihi aduersus erit. resistet po-
pulus. copiarum duces alienabunt. Imperio deiciar. Sed
alto animo iactans in deo spem suam. legem edidit. qua
publice christum coli iussit. & eam fidem teneri ab om-
nibus imperio subiectis. quam beati apostoli Petrus & Pau-
lus Romanis tradidissent: Nec propterea sinistri ali-
quid sibi accidit. Sed tunc potissimum excellens &
gloriosus euasit. cum in vexillis suis Crux domini
ihesu resplenduit. viderat per quietem in aere signum
crucis & vocem audiuerat dicentem. In hoc Constantine
vince. paruit. vexilla crucis erexit. ciuilibus bellis fi-
nem imposuit. superauit hostes. barbaros afflixit.
Imperium ampliauit. pacem subditis dedit. ecclesias
aperuit. Concilia sacerdotum celebrauit. hereses elimina-
uit. Lucem quam acceperat ab Euangelio cunctis
gentibus communicauit. magnificus & excelsus super
omnes Cesares inuentus. Grecis & Latinis litteris
celebratus. Imperauit annos supra triginta. Se-
dem Imperii apud Byzantium erexit. & ampliatis
ciuitatis menibus. multisque tum publicis. tum pri-
uatis edificiis magnifice constructis de suo no-
mine Constantinopolim appellauit. & plenus dierum
apud Nycomediam edito testamento in quo filios
Imperii successores reliquit. vt christianum decet sa-
cramentis ecclesie receptis. e vita decessit. Quid erat
quod ille amplius in terra posset optare. Imperio po-
titus est omnium maximo. vita ei & longa fuit. &

Bisantium sedes imperii

pautis obnoxia morbis: inimicos humiliatos vidit. & quod omnibus dulcissimum esse solet heredes amplissime fortune filios dimisit: Nec alienum fuerit tantum imperatorem qui christianam fidem tantopere ampliauerit in alio seculo cum christo regnantem credere. cui seruiuit in hoc dum viueret: Quod si omnibus qui patriam auxerint. iuuerint. defenderint. certum est esse in celo diffinitum locum. in quo beati euo sempiterno fruantur. sicut phylosophi doctissimi tradiderunt: Multo id certius de illis sperandum est qui pro lege domini vel seruanda vel augenda summis studijs contenderunt. Sicut de Constantino ostensum est. quem sicut in terra felicem fuisse diximus: ita & in celo beatum credimus. Eadem proculdubio euentura tibi esse confidimus: si nobiscum sapiens christum colas. & magnum Constantinum imiteris: quemadmodum Romani cum suo imperatore christiani sunt effecti: ita & Turchi vna tecum baptisabuntur. Eritque tuum regnum super omnia que sunt in orbe. & nomen tuum nulla silebit etas: Latine te littere & Grece & Barbare celebrabunt: Nemo inter mortales erit qui te potentia aut gloria precedat: Magna sunt hec que promittimus. maiora que sequuntur. De regno huius seculi. De gloria humana sumus locuti. Caduca hec & incerta sunt. & fluxa omnes morimur. omnia nata occidunt & omnia orta senescunt. Breuis est humane prosperitatis cursus. Cito regnum deficit. nulla potentia longa est. gloria quoque clari nominis querimus. De maximis rebus diu perseueret. finitur tamen aliquando & in tempore deficit, nihil est inter mortales non mor-

tale. conterit omnia tempus. Esto duret per multa se
cula nomen. Que dulcedo post obitū laudis: aut
damnatus est homo in altera vita. et nihil ei prodest
fama que remansit. aut saluatus est. et ea non eget
beatitudine donatus eterna que omni ex parte ple
nissima est. filios ac nepotes preclara maiorū nomina
iuuant. et nobis quoque dū viuimus dulce est ta
lem hereditatem posse relinquere que sit posteritati
solatium. Est id quidem aliquo modo bonū. Sed me
liora querenda sunt. et stabilia bona que vere nostra
sint. nec unquam nos deserant: phylosophi quos peripathe
ticos vocauit antiquitas. tria bonorū genera posuerunt
et alia esse animi dixerunt. alia corporis. alia externa:
Stoyci ea dumtaxat bona extimarunt. que animū ex
colerent. hoc facit iusticia. prudentia. moderatio for
titudo. et que sunt alie in animo dotes. Egregiam
corporis famam. robur. valitudinem. nobilitatem.
clientelas. opes. inter opes bona non acceperunt. que
nec sunt in potestate nostra: neque possessori felicitatem
prestant: Sed neque ille quatuor virtutes que prin
cipales existimantur. tranquillam homini mentem red
dunt nisi adiiciantur alie tres quas theologicas appellat.
et in animo site sunt. Spes: Fides: Caritas: Tristis
est et in anxietate moratur. et torpet. et angitur
et nihil boni operatur. qui spe future vite priuatus est.
Sine fide impossibile est placere deo. qui est vltimū ho
minis bonum. et finis in quem tendimus: Caritas di
uino amore feruet, curiosa est anime nostre et prox
imo consulit. quem iubet lex. vt tanquam nos ipsos diligamus.
Si ergo animi bona cupimus. et moralibus virtutibus opus est.

& theologicis. nec in his ulla est nobis tum tua lege contentio: Alia sunt in quibus discrepamus. fatebitur tua lex & vitam eternam in altero seculo reperiri. & his itineribus ad eam perveniri. Dicet fidem necessariam esse:

Verum non eam fidem quam nos recipimus amplectetur. laudabit caritatem. Sed alia eius officia esse dicet quam christianus. Sine spe non posse bene homini esse fatebitur. Sed spei finem longe diversum a nostro recipiet. Pax erit in nominibus. bellum in rebus. Facessat nunc hec contentio. & quomodo vera & eterna bona ex fide christi consequi possis. & anime tue consulere que immortalis est ostendamus: Et si enim huius seculi que dicuntur bona conspicis. & inter mortales magnus videri vis. non tamen tue anime oblitum te credimus. nec ex illorum numero censemus. qui cum Epycuro & aliis quibusdam delirantibus phylosophis extingui animam simul cum corpore putaverunt.

Nec rursus te sine deo esse censemus. sicut olim de calleciis in hyspania traditum est. qui nullum colebant deum: Et de Pytaghora quem ferunt dicere solitum esse. non liquere sibi an deus aliquis esset. que disputatio adeo impia iudicata est. ut ab Atheniensibus auctor eius eiectus sit. & libri in quibus ea continebatur exusti. Possidonius scripsit. Epicurum nihil de deo sensisse. sed ea que de diis loquutus est invidie depellende causa dixisse. Stultorum hec assertio est. sicut in propheta legimus. Dixit insipiens in corde suo non est deus. haud equidem te adeo rudem existimamus. ut celum credas rectore carere. & hanc pulcherrimam mundi machynam casu

al' Prothagora

emerlisse. & omnia fieri fortuito. Sed arbitramur te
deum unum confiteri. & in eum credere qui celuz creauit
& terram. & omnia que sunt in eis & que creauit nō
negligit. ne te ignorare censemus incorruptibiles esse
animas hominum: & cuz e nostris corporibus migrant.
in alias regiones transferri: & bonas leta sortiri loca.
malas ad supplicium rapi: quod non solum in Euange-
lio nostro scriptum est & in prophetis. sed tua quoq
lex idem docet. quamuis in hoc mundo temporalia
que putant bona. casu quoq fortuito euenire nō
recte arbitrat. Socrates & Plato & Aristoteles phylo-
sophoꝝ principes de mundi regimine. de immortali-
tate animaꝝ. de deo eadem crediderunt que christi-
ani. quamuis aliqua noue legis archana. que nō
dum edita erant. ignorauerunt. Platonis in Episto-
lis hec verba legunt. Credendum est autem semper
veteribus sacrisq sermonibus. nobis asserentibus
animam esse immortalem. iudicesq habere, ac pe-
nas dare maximas. cuz a corpore fuerit separata.
quod intelligenduz est dum male vixerit: Non
est hic locus apud te altius examinandus. qui pro tua
lege deum esse intelligis. qui omnia videt & omnia
iudicat. & animas corporea mole solutas pro suis ope-
ribus in alio seculo. vel premia suscepturas vel supplicia
non dubitas: Que cuz ita sint stultuz ee cognoscis
terrenis rebus ita aliquem inherere. ut celestia neg-
ligat. & dum corpori studet. animam perdat: Breue
est omne quod viuimus euum. etiaz si Mathusalem
aut Nestoris annos possimus attingere: Quicquid
eternitati comparat momentaneum est. Quotus

hodie reperit qui centesimum videat autumnum:
Quotus qui octuagesimum impleat annum: vita hominis vt inquit propheta in ipis septuaginta annis. In potentatibus aliquando ad octuaginta protendit. vlteri labor & dolor: Quotus iterum ex his qui nascuntur ad perfectam peruadit etatem: quam multi moriuntur infantes: Quot pueros extingunt morbi: Paucissimi iuuentutem superant: Angustissima est vita hominis & incerta. mille instant in omnes horas pericula: mille mortis facies. vite nostre insidiant.
Minima res cursum nostrum interrumpit. alieno hic arbitrio sumus. vocat nos deus. quando vult & vbi vult. & cum minime credimus tunc citamur. peremptoria monitio est nec licet prouocare. aut contra niti. parendum est altissimo domino. & villicationis ratio reddenda: Sapiunt qui ita vitam instituunt vt vocati alacri animo abeant. & coram iudice qui nihil ignorat impauidi consistant. in die illa tremenda & amara valde: In qua nil amplius mereri licet. & omnis spes ac metus ex his que acta sunt pendet. nec supplicare iuuat nec negare: Est igitur de anima curandum. que post hanc vitam aliam habet vitam in qua vel dolet uel gaudet: Quid prodest homini si totum mundum lucretur. inquit in Euangelio dominus. anime uero sue detrimentum patiatur:
Aut quam comutationem dabit homo pro anima sua. hac viuimus: hac sapimus: hac deo similes sumus: hec melior pars nostri est. rebus omnibus pretiosior.
Nec dimisso corpore in alias regiones egreditur. Corpus in terra iacet. & in puluerem conuertitur. & vsque ad

vltimum&c

vltimum maximumque iudicium sensu carebit. Tunc vero pro meritis que illi cum anima fuere communia. vel ad gloriam vel ad penam resurget. Quid Nino prodest late per Asyam imperasse? Quid Semiramidi eius vxori? Quid Dyonisio? Quid herculi ad Indos vsque penetrasse? Quid Idanthyrso Scythye atque Asye iugum imposuisse? Quid Nabuchodonosoro ad Gade vsque perrexisse? Quid Osiridi dimissa Egypto per Syriam & Asyam in Trachyam duxisse copias? Quid Agamenoni Ilium excussisse?
Quid Cyro persarum imperium constituisse? Quid Alexandro magno illud euertisse & vsque ad hyphasim in in orientem & ad Iaxartem fluuium septentrionem versus arma tulisse? Quid hannibali Italiam vexasse?
Quid Scypionibus Carthaginem deleuisse? Quid Pompeyo orientales reges debellasse? Quid Iulio Cesari subacta Gallia Romanum Imperium inuasisse? Quid hunnorum regi Athyle Pannonia Germaniaque protrita. Aquileyam in Italiam subuertisse? Quid Tamberlano tot Asye Syrieque vrbes incendisse. atque Aurum tuum prelio superasse? Quid genitori tuo Amurati sepe de Grecis. sepe de hungaris triumphasse? Quid ceteris regibus atque Imperatoribus res magnas & claras gessisse prodest? si absque cognitione veri dei mortui sunt. & nunc eorum anime apud inferos cruciantur.
Laudantur hic. & ardent illic. Que fame voluptas in cruciatu esse potest? Que dulcedo glorie in doloribus? Dura vox est eorum qui uel in thauro phalaridis beatitudinem esse dicunt. Non bene cohabitant dolor ac voluptas: nec vllus est in felicitate meror. In celo plena felicitas est. apud inferos plena miseria. cum eo

ventum est. nihil viuat gloria que precessit & fama
seculi: Studendum igitur est vt post obitum qui p
omnes se horas infert certus & incertus animabus nos
tris bene consulamus. preueniendus est piis opibus di
es mortis. & omnes actus nostri ita dirigendi vt deo
placeamus: Ipse est eniz finis omnium & summuz
bonum ad quod aspiramus. & ipa beatitudo cuius
cupiditas omnibus mortalibus inest. querenduz est
iter ad eam. Id recta fides ostendit. & operatio iusti
cie. quia nec iusticia sine fide. nec fides sine iusti
tia sufficit. Iustus ex fide viuit. vt scriptuz est. &
sine fide nemo est acceptus deo. Tua lex ut aiunt in
sua quequaz religione saluari hominem censet. si
alioquin caste iusteqz viuat. nisi Mahumeta traditi
one relicta ad aliam transierit. Dicunt & in tua lege
scriptum esse. Est eniz sibiipi sepe contraria. nulli salu
tem patere nisi in ea. Nos contra sentimus. & certi su
mus viam vite soli christiano si bene agat apertam esse.
Ait eniz Veritas nostra in Euangelio. Qui crediderit
& baptizatus fuerit saluabitur: qui non crediderit
condemnabitur. Tu ergo si futuruz credis seculuz. si vis
fieri saluus: si anime tue bene consultum cupis: vt fi
dem romane ecclesie. extra quam non est salus. &
baptismuz recipias oportet: His duabus clauibus fide
ac baptismo aperiuntur paradisi porte: Illis tamen qui
apposite ad fidem viuunt. nam sine operibus fides
mortua est. Euangelio prebende sunt aures. & christi
doctrina sequenda. que nulluz fallit: Dices nolle tue
legi nostram preponere aut Mahumetem relinquere
prophetam magnum: Rogauimus ab initio vt benigne

fide
baptismo
iusto opere
aperitur
celum

audires. Fidem nunc petimus. & nunc maxime attentis
auribus & pia mente opus est & iudicio recto. quando
ad radicem arboris infructuose admouemus securim:
Audi seriem rerum. nosce hystoriam fidei. prebe aures vos /
cui perraro est in altis edibus locus / Calisthenem phylo-
sophum crudelibus modis laceratum in custodiam rapuit Alex-
ander / qui vera loquens / diuinum cultum homini de-
negauit. Et clitum phylippi laudes commemorantem
lancea transfodit / timent homines exempla. & viden-
tes melius adulatoribus succedere. quam recta monentibus.
ad nugas se conuertunt. & que placeant loquuntur.
Antigonus aliquando vnus ex successoribus Alexandri
qui regnauit in Asya. inter venandum mutata veste
relictis comitibus / errabundus apud agrestes homines
in vili tugurio pernoctauit incognitus / & conbibens
de se ipso tanquam de altero percunctatus astantes / omnia
que fecerat mala ab eis audiuit / mane quesitus
atque inuentus / cum vestem allatam & regium ornatum
vidisset / date inquit purpuram. quam vt primum
indui. verum de me nisi hac nocte nunquam audiui:
Et Augustus mortuo Varro idcirco se supra modum
dolere aiebat: quia non esset a quo verum audiret.
Ad pauperes phylosophos relegata est inquisitio veri:
Qui propterea sapientie amatores vocantur. quia verita-
ti seruiunt. & nolunt decipi. Turpe est cuiuis homini
errare. maxime Regi. qui per se ipsum non satis intelligit.
prope habet magistros quos interroget. tamen placeat audi-
re. nec pudeat discere quod ignorat. Tria sunt hominum
genera inquit hesyodus. primi & optimi sunt qui per sese
omnia noscunt. his proximi qui recta monentibus auscultant.

Veritas magnis odiosa

Exemplum regis

Nota tria genera hominum

Tertii prorsus damnandi sunt qui nec ipsi vident neque videntibus credunt. Sed nulla in re periculosius erratur
quam in iis que pertinent ad fidem: Neque utilius invenitur
verum. Recte ad Antipatrum de Alexandro scribit Aristoteles, monens ne pro tot exercitibus victoriisque et subiugatione orbis terrarum glorietur. Sed cogitet quod si quis
de deo recte cognoscat, non minori gloria dignus est quam
quam ipse pro tantis rebus gestis tantaque potentia: Et
in Ethicis sapientem inquit esse amicissimum deo. Sapiens autem nemo existimandus est qui a recta fide est
alienus: In iis vero que sunt fidei, neque tuus legifer satis
intellexit nec tu in hanc usque diem satis didicisti. An
autem monentem audire et sequi velis futurus dies
ostendet: Sed hec que ad te scribimus audieris, signum
erit animi ad discendum parati: Si feceris que monemus, eris proculdubio sapiens: Nemo hominum
sapientiam contemnit, nemo odit, nemo est qui
nolit esse sapiens: verum primus sapientie gradus
est nolle errare, et verum quam libentissime audire, maxime in his rebus, unde est homini salus, sicut et religio que ordinat ad eternam vitam: Audi ergo verum
circa religionem. Si non scribimus verum, argue scribentes, et despice tam stultos. Sed noli falsum dicere
nisi cognoveris falsum esse: Enarrabimus brevissime
ab initio mundi usque ad obitum Salvatoris Christi
nostre legis archana, deinde aliqua de tua lege
dicemus. Eaque conferemus adinvicem. et quantum
intersit ostendemus, conabimur quantum ex alto
dabitur lucem tibi ostendere, per quam possis ad eam
lucem pervenire que illuminat omnem hominem

venientem in hunc munduz: Cuz creasset deus in
principio celum & terram & maria & lucem & solem
& lunam & alia sydera & plantas & herbas & volucres
& pisces & quadrupedum genus atque reptilia & alia
animantia. postremo adam creauit. & insufflauit in
euz spiraculuz vite. & posuit eum in paradiso deliciarum
& fecit adiutorium simile sibi. Euam ex costa
eius eductam / & data licentia qua possent cete-
rarum plantationuz degustare fructus. vt abstine-
rent a plantatione prudentie imperauit / & ambos
cuz preuaricati essent ex paradiso deiecit. atque in eis
humanuz genus morte dampnauit. iussitque labori-
osam vitam & erumnis plenaz agere. Ab his propaga-
ta creatura humana cuz rursus animo rebelli diuinaz
maiestatem contempneret, et in vitia quoque plaberetur.
aquarum diluuio deleta est. Noe cuz coniuge & sex
alijs animabus in archa saluatus est. & ab his omnes
homines qui modo sunt. & post diluuium fuerunt
originem ducunt: Tres filij Noe Sem. Cam. &
Japhet. recedentibus aquis in locuz suuz humanaz
gentem repararuerunt / adeo vt traditum sit priusquam
Noe moreretur quatuor millia hominuz ex suis & fi-
liorum lumbis exiuisse. Ex quibus etiaz iniqui emerse-
runt Nembrotes filius Cam. & qui cuz eo in con-
tumeliam domini turrim babel edificare fecerunt.
In ea diuisum est labium vniuerse terre. & confu-
sione impeditum opus / Sequta est ob peccatuz pessi-
muz Pentapolitana subuersio / & Araham & Loth
inuenti religiosi / in semine Abraham benedicte
sunt omnes gentes diuino imperio / fuit ei iustus

placuit deo in operibus suis. cuz filiuz suuz Ysaac im
molare non detractasset. necz Ysaac patris viam dese
ruit. Cui natus est Iacob. qui alio nomine dictus
Ysrahel. & huic duodecim filij fuerunt. a quibus
duodecim tribus emanarunt: Is/cognito qd' Ioseph
quez putabat extinctuz/magnus & potens eet in egyp
to. cuz reliquis filijs ad euz migrauit. Multiplicatuz
est illic Iudeoz semen/& in gentem magnaz cuz cre
uissent Ysrahelite/surrexitqz Rex alius qui Ioseph
& opera eius ignoraret/grauissimis laboribz oppressi
sunt. & contumelijs innumerabilibus affecti. Sed mi
serante altissimo per manus Moysi & Aaron seruitu
tem effugierunt. & sicco vestigio/rubro mari traiecto
per annos xl^ta cibo celesti vitam in deserto egerut.
& circa montem Sinay diuinam legem in tabulis
lapideis acceperunt. Acquisita est terra promissiois.
sed non tota in manu moysi: Post obituz eius mira
bilia fuerunt opera Iosue. & alioz Iudicuz. inter quos
prophete claruerunt viri excellentissimi: Successe
rut deinde Reges & alij prophete in populo dei
& non sine celesti numine conseruata est gens hebrea
E t prophete quidez interpretati legem/salubria tradi
dere precepta/virtutez extollentes & vicia effulminates.
& multa per eos scripta/sunt diuinitus reuelata:
que de futuris noticiam prebuere: Non tn pau
ca perpessi aduersa sunt Iudei/cuz legez dni contem
nerent. & in traditionibus patruz non pmanerent.
C eperunt eos Caldei & in seruitutem redegerunt.
& nuc Syri. nuc Arabes. nuc Egyptij in eos arma
verterut: Multe fuerut eoz tribulationes. multe

calamitates ac miserie. sed de omnibus liberauit eos
dominus. cum ad eum clamauerunt. & tota mente redierunt
quia cor contritum & humiliatum non despicit diuina
maiestas. hec ut arbitramur communia tibi nobisque sunt.
& in Altorano Mahumeteo magna ex parte continentur.

Anno libri machumette

Verax igitur & tuo & nostro iuditio lex iudeorum / verax Moyses
& Dauid. & Salomon & ysayas & Jeremias & Ezechyel
& Daniel/ veraces omnes prophete domini: vera iu-
deorum fides qui ante christum in lege manserunt. Men-
daces omnes gentes que coluerunt ydola: Notus
ante christum solum in Judea deus. Nihil huc usque con-
tendimus. Concedis hec nisi fallimur omnia. In hiis que
sequuntur discordia erit/ Sed nos in luce ambulamus.
neque offendimus ad lapidem pedes nostros. & ne de cete-
ro tu quoque offendas magnopere cupimus. & ultro
ne decipiaris lumen offerimus: Tu creatura dei es &
ouis eius. sed errabunda. Extra caulas in alienis
pascuis procul ab ouili dominico letiferum capis ci-
bum. & pestifera aleris herba: Nos boni pastoris ex-
emplo qui relictis nonaginta nouem ouibus in
deserto. unam que aberrauerat sequutus est/ te que-
rimus/ & in salutis viam optamus reducere:/ dolemus
te virum excellentem. nobilitate maiorum et illustrem/
gestarum gloria rerum clarum/ imperio magno preditum: &
pluribus nature dotibus eminentem/ non incedere in
viis domini. non nosse mandata eius/ non esse in lege sua:
Compatimur tibi/ & tuorum subditorum infelicitatem. de-
ploramus qui tecum pereunt: Nec te credimus liben-
ter errare. cuius naturam bonam esse confidimus. Ig-
norantia veri te retinet. Tui te parentes & ipsi per ig-

norantiam decipere/ cum progenitoribus tuis laberis.
Sed timenda est scriptura que ait. Ignorans ignora-
bit. Quod si ceteris in rebus precipuam curam exac-
tam diligentiam/ summum studium adhibes. ne quis te fal-
lat/ circa religionem. potissime curandum est ne fallaris: In
qua tanto cautiorem te esse oportet. quanto in ea cum
maiori periculo delinquitur. Ceterarum rerum ignorantia
hec que sunt temporalia in hoc seculo adimere potest.
Religionis error/ alterius vite bona id est animi felicitatem
eripit. quod ne tibi accidat. si nobis aurem & fidem
prestiteris/ facile adiumento erimus/ Audivisti ea
que de veteri testamento diximus. Nunc de novo
agendum est. In quo plurimum discordamus. Audi que
subiungimus. sic & tue legis tenebras odio habebis. ut spe-
ramus & nostre lucem amabis: Duo in veteri testa-
mento vaticinia reperiuntur. quorum alterum illud est. quia
non auferetur sceptrum de Iuda. nec dux de femore eius
donec veniat qui mittendus est. Siue ut Caldei di-
cunt Messias/ Alterum est quod ait. Cum venerit sanctus
sanctorum cessabit unctio uestra. his vaticiniis predictum
est in adventu christi Iudeos & regnum amissuros esse
& sacerdotium/ sicut & factum est. Regnum quod Iu-
deorum fuerat Idumei acceperunt. Regnante namque pri-
mo herode Antipatri filio/ genere Idumeo/ & alienige-
na/ christus ex Maria virgine natus est dei filius verus
deus & verus homo. qui sacerdotium Iudeorum ad
christianos transtulit. petro sibi successore delecto/
in quem pontificii maximi potestatem transfudit.
nec ulterius. nec ulterius apud Iudeos pastora-
lis ovium cura permansit/ dicente domino ad petrum

Pasce oues meas. Pastor ipse bonus & maximus chris-
tus. Pastores deinceps & pontifices christianos non iu-
deos esse constituit. quamuis petrus & alii plures ex
iudeis non amplius iudei/summum pontificium accepe-
runt. Atque in hunc modum iudayca cessauit unctio.
& translatum est sacerdotium. Quo facto & lex ipsa
translata est dicente apostolo. Quia translato sacerdo-
tio. necesse est ut legis etiam translatio fiat: Deus igitur
qui multipharia multisque modis olim patribus in
prophetis loqutus fuerat. nouissime per filium suum
quem constituit heredem uniuersorum. per quem fecit
& secula alloqutus homines/nouam legem edidit &
noua dedit precepta: quibus seruatis vitam merentur
eternam: In tempore igitur quod in altissimo trinitatis
consilio ab eterno fuerat diffinitum. regnante apud
hebreos herode/imperante apud Romanos Augus-
to/quiescente mundo. & aduentum domini mirabili
& inaudita prioribus seculis pace honorante. Missus
est Gabriel angelus de celo qui Marie felicem con-
ceptionem & sacratissimum partum annuntiaret. Sed an-
te precursor natus est Johannes. qui penitentiam
predicaret. & viam domino prepararet. Concepit vir-
go de spiritu sancto ut predixerat angelus & seruata
ta virginitatis dignitate. filium simul & dominum
peperit: Natus est christus saluator octauo kalen-
das Januarias. & in ipsis kalendis circumcisus est.
& iuxta vocem angelicam Jhesus appellatus. quia
salutem attulit humano generi: Plurima de infan-
tia saluatoris scripta sunt. nec dubium est quin omnis
eius etas signis & miraculis plena fuerit. Sed eccle-

apocripha vite infantie scripta

nostre grauitas & acre iudicium/ea tantum recipit
que certa sunt/Apocripha pretermittit/duodecimus saluato
ris annus memoriam habet. quia templum ingressus cum
legis doctoribus disputauit. & aliqua ex parte splendo
rem sue diuinitatis ostendit. Sed circa trigesimum annum
fulgor ille plenius emicuit. Tunc enim baptizatus est a
Johanne. & Johannem ipse baptizauit. & paterna vox
audita est. hic est filius meus dilectus in quo mihi
bene conplacui: Conuertit aquam in vinum. & innu
merabilibus coruscauit miraculis. Elegit sibi discipulos
quos vocamus apostolos. & circuiens regiones & men
tes hominum. & corpora sanauit egrotantium/& fa
ciens ipse que docebat toto triennio predicauit Euan
gelium. per Judeam & vicinas prouincias beatissima vox
eius intonuit/que vita hominum esse deberet ostendit.
& precepta tum vetera innouauit. tum noua prioribus
vtiliora instituit/abdita & obscura que erant in veteri
lege multa reuelauit/& abstrusos prophetarum aperuit
sensus. & que de se predicta fuerant palam exposuit.
Misterium sancte trinitatis ostendit. & vnitatem in tri
nitate ostendit monstrauit/docens tum patrem. tum
filium. tum spiritum sanctum. diuinis honoribus prose
quendum. & hos tres vnum esse deum/ predixit non modo
mortem suam. verum etiam genus mortis. & quod tertia
die resurgeret. & quod ascensurus in celum rediturus
esset in fine seculi iudicare viuos & mortuos: Com
prehensus est sicut ipse voluit. & traditus pilato presidi
qui eum neci daret. Testes in eum citati sunt. nec est
inuenta mortis causa. quia peccatum non fecit. nec
repertus est dolus in ore eius: Maximum crimen

obiecerunt, ei quia filium dei se fecit et regem dixit. et prop
ter veritatem occisus est, crucifixus. atque sepultus. et
iuxta verbum suum resurrexit a mortuis. et quadragin
ta diebus cum discipulis commoratus. cum eos confirmas
set et corroborasset. atque in orbem ire iussisset euange
lium disseminaturos. tandem videntibus illis eleuatus est.
et nubes suscepit eum ab oculis eorum, ascendit in celum.
et sedet ad dexteram patris. et inde venturus est iudica
re viuos et mortuos. et redditurus unicuique secundum
opera sua. Interea spiritus sanctus ab eo missus omnia
suggerit ecclesie que necessaria sunt ad vitam eter
nam. Hec nos christiani firmiter credimus. hec est fides
nostra quam cunctis gentibus gentibus predicamus
et impartiri omnibus cupimus. hec ab apostolis et
eorum successoribus per fideles manus immutilata
et incorrupta ad nos usque delata sunt. hec vos tur
chi et Sarraceni magna ex parte negatis. Et si enim
christum ex virgine natum et sanctum virum et
dei flatum, et prophetam magnum et mirabilium
operum effectorem. et adhuc viuentem confitemi
ni, deum tamen et dei filium esse infitiamini, nec sibi nec
sancto spiritui diuinitatem conceditis, et trinitatem
in diuinis personarum respuitis. et christi mortem deri
detis. quem translatum et alium sibi similem loco suo
interfectum arbitramini. nec eius aduentum in extre
mo iuditio expectatis. et alia non pauca christiane le
gis reiicitis. et plurima creditis. que apud nos risu dig
na videntur. et que non dimittemus intacta. At que
nos credimus, non solum ex noua lege. sed ex veteri mu
tuamus. Vos Mahumeti et Alcorano eius fidem

tantummodo adhibetis. et hominem mortuum sine contestte, sine ratione. sine miraculis sequimini: Nos viuo credimus.
Viuit enim etiam vestro testimonio christus. Nos deo prestamus aures et signis et orationibus et sacris ducimur testimonijs: Quod si nos audies. monstrabimus breuiter nostre legis splendidam lucem. et tue obscuram caliginem detegemus: Sed opus est pijs et attentis auribus. quando fidei sublimitas attingitur. et magni dei panduntur archana:
Sepe iocis et inanibus fabulis te presentem exhibuisti. et leuiores audisti narrationes, non est cur hec grauia contemnas. aut ea noscere recuses, ex quibus tua pendet salus. Non est anima nobilis. cui non insit veritatis amor.
Non est homo qui nolit saluus fieri: Audi ergo Audi que te saluare possunt: Quid est inter christianos Turchosque controuersie? In quo simul contendimus? Que discidij causa? Sane non alius discordie fomes est. nisi quia circa diuinitatem non eadem sapimus. de patre. de filio. de spiritu sancto contendimus. hoc est precipuum discidium, quo sublato facile omnia componentur: Attingemus hec et que sit inter nos de diuinitate dissentio latius exponemus: Nos in deo tres dicimus esse personas patrem. filium. et spiritum sanctum. vos vnam tantum, quam nec patrem. nec filium dicitis. nec spiritum sanctum. sed deum tantummodo appellatis. et hunc vnicum esse dicitis creatorem celi et terre et omnium que in eis sunt. Nulla est de vnitate contentio: Non latent nos verba Moysi dicentis in exordio legis Audi israhel. dominus deus tuus vnus est. Et rursus in lege scriptum est. Ego sum dominus deus tuus. qui te eduxi de terra egypti. non erunt tibi dij alij preter me: Et Rursus Ego sum qui sum.

& si quesierint nomen meum. vade & dic eis Qui est.
misit me ad vos. Et in Cantico Exodi dicit. Dominus
omnipotens nomen eius. Que testimonia vnuz ee deum
& vnum dominuz manifeste declarant. & vnaz potestate
& vnam naturam. Nam deus nature. dns potestatis
est nomen: fatemur idem quod vos de vnitate diuinita
tis. hic amicitia est atqz concordia / vobis vnus deus est.
& nobis vnus. Dicitis principiuz omniuz reruz esse deuz.
nos idem affirmamus. In quo igit dissentimus: Multa
sunt que de deo aliter christiani dicunt. aliter Saraceni
seu Turchy. Vos deuz corporeum dicitis. nos incorporeū:
Vos fortuita esse que hic in terra gerunt arbitramini:
nec curare de ijs deum: Nos gubernare eum qui crea
uit omnia non dubitamus: Vos deum patrem esse in
diuinitate negatis: nos patrem & filiuz cognoscimus:
Vos spirituz sanctuz ex diuina maiestate reijcitis. nos
ponimus & veneramur / mittimus alia / hec aggredimur.
in quibus plus ponderis est. Nos christuz dei filiū dici
mus. vos negatis. Cur negatis? Sane quia nec vxorem
habet deus ex qua filiuz procreare posset. Quod si
vxor ei fuerit. filiosqz genuerit. mundus qui vnius
imperio regit. in plures diuisus dnos. diu stare nō posset.
In vnitate concordia est que seruat imperia. In plura
litate discordia. que maxima regna subuertit: Sed quis
tam rudis. tam vecors. tam demens christianus est. qui
generare deum ex connubio & permixtione femine ar
bitret: Non sumus adeo hebetes christiani. vt tantuz ne
phas admittamus. Sarracenis hoc suaderi posset / qui deo
& corpus. & caput. & manus. & cetera mebra concedut.
Nos deuz spirituz ee asserimus incorporeum. immortalez

Quid est filius dei fin diuinitatem

eternum & incomprehensibilem. qui dum seipsum intelligit in mente sua. verbum concipit. Quod nos filium dei esse dicimus. nec aliud est in deo seipsum noscere atque intelligere. quam deum esse: Nihil est enim in deo non deus. deum autem cuius est verbum nominamus patrem & processum ipsius verbi generationem filij dicimus: Nec veritas hec de verbo dei apud christianos tantum illuxit. Gentiles phylosophi ante christi aduentum eadem que nos asserimus nonulli affirmarunt. Siquidem platonici in suis libris apertissime dixerunt quod In principio erat verbum & verbum erat apud deum. hoc erat in principio apud deum. omnia per ipsum facta sunt. & sine ipso factum est nihil. Et reliqua ferme omnia comprobant de verbo dei que Johannes in euangelio suo tradidit. vsque ad incarnationem verbi/quam ignorarunt. quia nondum natus erat christus. Alta legis misteria fecit deus absconderat deus a sapientibus huius seculi que reuelauit paruulis: Quod isti platonici verbum dei nominant. & deum esse dicunt. nos filium vocamus ex deo genitum. & deum esse fatemur. Nec ruinam mundi ex filij generatione timemus. quoniam vnus dumtaxat filius est. & pater & filius vnum sunt. vna potestas. vna voluntas. vna maiestas. nec verbum conceptum ab intellectu concipiente discordat. obscura hec videbuntur. at si voles presto erunt qui lumen afferant. & apertissima omnia reddant. & tu solem hunc corporeum cernis/qui noctem abiens. & diem efficit rediens. hic ex seipso lucis producit radios. hec productio generatio quedam est in sole, & radij solis. filij solis non inconcinne vocantur.

Sol filius dei

Que similitudo quamvis multiphariam est inepta, nam
solis plures sepe videmus radios. deo unicus tantum est
filius, in eo tamen convenit quia una est et solis et
radiorum substantia. et una est patris et filii divinitas atque essen-
tia. quamvis comparatio corporalium rerum nulla satis cum divi-
nis quadrare potest. Sed accipe testimonia, si qui rationem non
capis cede auctoritati. Vetus testamentum et iudeis et christi-
anis et Sarracenis commune est. Eructavit inquit david ex
persona dei. cor meum verbum bonum. hoc est quod dei filium
dicimus et unigenitum patris eterni: non ex carnali coniugio
aut humano complexu. sed ex corde dei id est ex intellectu
productum asserimus. Et rursus, Filius meus es tu. et ego
hodie genui te dicit. quia deo nec heri preteriit nec cras
imminet. sed hodie semper adest cui presentia sunt omnia.
Et iterum. Ante luciferum genui te. ut intelligas quia non lo-
quitur de Salomone David. sed deus pater de filio deo. qui
ante luciferum ab eterno genitus est, homo ante luciferum
nemo fuit. Et in libro sapientie legimus. Sapientiam
dei que dei filius est, dicentem: Nondum erant abyssi
et ego iam concepta eram. Ante montes et colles ego par-
turiebar. Numquam enim pater sine filio fuit. et ab eterno fu-
it cum patre filius. Et hoc est quod in Euangelio inquit
Iohannes. In principio erat verbum et verbum erat apud
deum et deus erat verbum. Que misteria profunda et alta
cum non intelligeret Arrius, nec Mahumetes apprehen-
deret, negare maluit dei veritatem, quam suam igno-
rantiam confiteri. et suas ineptias impudenter inge-
rere quam aliorum sapientiam humiliter discere. Stulta hec
et dampnosa pertinacia est: Deo enim et prophetis eius
oportet credere. et si quid est cuius rationem non

8

capimus. debemus cum Paulo dicere. O altitudo diuiciarum scientie et sapientie dei. quam inconprehensibilia sunt iudicia eius et inuestigabiles vie eius. Fatentur iureconsulti non omnium que a maioribus suis instituta sunt rationem reddi posse et tamen legi parendum esse. quia non sine causa condita fuerit. Quanto minus archana dei licet agnoscere. plurime sunt occulte cause ad quas nulla potuit curiositas hominum peruenire. sicut oculi noctue ad solem: ita et noster intuitus ad ea que sunt diuinitatis.

Non est ergo mirandum si nec generationem filii. neque spiritus sancti processionem. neque trinitatem in diuinitate intellexit carnalis homo vel Arrius vel Mahumetes. Sed illud in eis damnabile et detestabile fuit quod sacre scripture diuinisque testimoniis non acquieuerunt:

Nam quid opus est argumentis vbi deus ipse loquitur? De pythagoreis traditum est quod in disputando soliti erant dicere. Ipse ait. Ipse autem erat pythagoras/tanquam eius auctoritati non liceret aduersari: Quanto minus deo. qui verax est. et omnis homo mendax. Sed negabis hec esse dei que afferimus testimonia/de his quod que posterius disseremus: Nunc de spiritu sancto agendum est. cui tua lex diuinos honores abrogat.

Non est huius erroris Mahumetes inuentor. Arrii et Nestorii et Macedonii. hec olim dementia fuit. quos sacra patrum concilia damnarunt. Sed eorum victus / virus apud Egyptios et Arabes aliquandiu latuit. et postremo auctore Mahumete et magistro eius Sergio late diffusum est. Ne moueatis dum verba loquimur.

Caue ne sequaris cecos. disce spiritum sanctum deum esse. et tertiam ferre in trinitate personam: Diximus

paulo ante deum patrem dum seipsum cognoscit ver-
bum concipere. et id esse filium gignere. Nunc quod
sequitur adducimus, cognitioni annexam esse appetitivam
quandam operationem, cuius principium voluntas est.
Inter operationes vero quas voluntas producit precipua
est amare. Adhibe hic aures, et mentem erige. In deo
perfectam et absolutam fateri cognitionem oportet. et amo-
rem. pari modo cuius processus per appetitivam operatio-
nem exprimitur. Sicut et verbi generatio per intellectivam.
Et alia est operatio qua intelligit. alia qua appetit. In-
tellectiva ex his completur que sunt quodammodo
in ipso intelligente. Nam sicut sensibilia in sensu sita
et intelligibilia in intellectu dicimus esse. Appetitiva
autem complementum accipit secundum quendam ordi-
nem vel motum ad eas res que obiciuntur appetitui.
et occultum quoddam principium sui motus habent. Ea
vero que principio feruntur archano, spiritus nomen
acceperunt, nam et ventos spiritus dicimus. et in scrip-
turis procellarum spiritus appellantur. quia non apparet
afflationis initium. Respirationem etiam et arteriarum
motum ab intrinseco et ultimo principio manantem
vocamus spiritum. atque hoc modo congruenti qua-
dam similitudine. quantum divina humanis verbis in-
dicari possunt, divinus ipse amor a patre filioque pro-
cedens. spiritus dictus est. In nobis dupliti ex cau-
sa procedit amor. Aliquando ex corporea et materiali na-
tura. et is plerumque immundus est. et menti noxius.
Aliquando ex ipsa proprietate spiritualis nature, cum bona
intelligibilia et rationi convenientia adamamus. et
hic purus est amor et laudabilis et anime salutaris.

Quod sit processio spiritus et quomodo procedat

adamamus

In deo corporalis amor seu materialis locuz non habet.
sed ille tantuz reperitur. qui simplex est et nitidissimus
et purissimus (quem spiritum sanctuz appellamus) Nec
nos intellectuali et sancto amore quicquam prosequimur.
nisi quod intellectu concipimus. Conceptio autez
ut diximus que fit ab intellectu verbuz est. atque ita
necesse amorem ex verbo oriri. Amat eniz deus quod
de seipso intelligit. idest verbuz quod concipit intelligen/
do / Verbuz autez dei dicimus filiuz dei. qui et ipse pa/
trem novit et amat / atque ita fit ut amor ipse cui spiritus
sanctus est nomen, ex patre filioque procedat. sitque
cuz patre et filio pariter deus: Nam sicut divinum
intelligere divinitatis est. ita et amare. Et sicut deus
se semper intelligit. Ita et se semper amat. et omnia amat.
suaz bonitatem dum amat. Rursusque sicut dei filius
qui est verbuz dei in natura divina subsistens patri
coeternus perfectus et unus est deus. Ita et spiritus
sanctus deus est patri et filio coequalis et coeternus.

persona

Et quoniaz omne quod subsistit in natura intelligi/
bili. apud nos persona dicitur. apud Grecos hyposta/
sis. consequens est ut tres personas in divinitate
ponamus. quia tres sunt subsistentes pater et verbuz
et spiritus sanctus. nec has personas dicimus esse
per essentiaz diversas. sed per solas relationes distinc/
tas. que ex processione verbi et amoris proveniunt.

Atque in hunc moduz christiana religio divinitus illus/
trata distinctas tres personas confitetur in divinis.
non tres deos. sicut Mahumetes falso opinatus est.

Sed patrez et filiuz et spiritum sanctum unuz esse ab eterno deuz
asserimus. nec tamen ipsum patrez qui filius est nec filium

qui pater est nec spiritum sanctum qui pater est aut filius. Vna enim est patris et filii et spiritus sancti essentia, in qua non est aliud pater aliud filius aliud spiritus sanctus. quis in personis alium patrem alium filium alium spiritum sanctum divina docente auctoritate dicam?
N et similitudo in iis que creata sunt, summe deest trinitatis, invisibilia dei, sicut apostolus ait, per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur. Sempiterna quoque virtus eius ac divinitas: Relucet quippe in anima nostra divine trinitatis ymago. Est enim anima ipsa substantia quedam incorporea, ratione predita, et actus quidam sive forma organici corporis. que dum corpus movet et regit sui meminit, se intelligit, et se diligit. quibus in rebus quedam apparet trinitas, memorie, intelligentie et amoris. Tria hec ad seipsa referuntur. quia non est amor sine memoria, nec memoria sine notitia. nam quis meminit, aut amat quod nescit? Inseparabilia sunt hec a semetipsis, et tamen quodlibet eorum et simul omnia una essentia sunt, et una vita in anima una: Differunt tamen quia memoria non est intelligentia vel voluntas, nec voluntas, seu intelligentia, sive amor. Quod si hec diligenter inspicias invenies summe illius trinitatis atque unitatis vestigium et ymaginem quandam quamvis imparem: Quicumque enim sempiternam et incommutabilem naturam per memoriam reminiscitur, intuetur per intelligentiam, amplectitur per dilectionem: Profecto reperit in seipso summe trinitatis ymaginem. non tamen omnino similem, magna inveniatur dissimilitudo. Et si enim homo unus meminit, intelligit, et diligit. non tamen memoria est, nec intelligentia, nec dilectio,

In anima ymago trinitatis.

[illegible]

Sunt eniz hec in eo & in vna substantia non sicut accide-
tia in subiectis que possūt abesse. sed substantialiter ex-
istunt in anima. & vnus homo est qui habet hec tria.
non ipse est hec tria. In simplici uō natura que deus est
q̄uis vnus sit deus. tres tū persone sunt. vt dictuz est. &
ip̄e deus est ille tres persone. Sed illud satis ad rem nr̄am
est. quia tria hec aliquo modo vnū sunt. Reperit & sub aliis
nominib; & alio modo in natura nr̄a illius summe & ineffa-
bilis trinitatis ymago. nam mens & noticia eius & amor tria
quedaz sūt. Mens eniz nouit se & amat se. nec amare se po-
test. nisi etiaz nouerit se. duo quedaz sunt mens & noticia
eius. duo etiaz sunt mens & amor eius. Cuz se nouit mēs
& se amat. manet trinitas scilicet mens. Amor. & noticia.
& hec tria quāuis distincta inuicem sint. vnuz tū ēē
dicunt. quia in animo substantialiter existunt. Et est
ip̄a mens quasi parens. & notitia eius quasi proles ei9.
Mens eniz cuz se cognoscit. noticiam sui gignit. & est sola
parens sue noticie. Tercius est amor qui de ip̄a mente &
noticia procedit. dum mens cognoscens se. diligit se.
Non eniz posset se diligere nisi cognosceret. Amat etiam
placitam prolem noticiam suam. & ita amor quidaz com-
plexus est parentis & prolis. nec minor est proles parēte.
cuz tantam se nouerit mens. quanta est. nec minor ē
amor parente & prole. idest mente & noticia. cuz tantuz
se diligat mens. quantuz se nouit. & quanta est. Conside-
rat hec rationalis homo & videns tria in vna essentia
concurrere extendit se ad contemplationē creatoris.
& intelligit vnitatem in trinitate. & trinitatē in vnitate
& vnuz deuz colit. vnam essentiaz. & vnuz principiū
sicut & patriarche & prophete atq; apostoli tradiderunt.

Sed (

pedibus
maris

Sed audiamus iam tandem ipos & diuine legis auctoritate
& testimonia in mediuz afferamus. sine quibus vana est omis
argumentatio, deuz patrem omnes sacre littere confitent
& dei nomen paternitatem ad omnia refecit / & si filiuz dicim
nō possumus patrem negare. De filio adducta sunt testimo-
nia legis ergo & pater ostensus est. Sicut Saluator ait. Phy-
lippe. qui videt me. videt & patrez meuz. Nunc de spū sco
quod cepimus prosequenduz est. In Genesi legimus quia
Spiritus dni ferebat super aquas. quis tūc dns nisi
deus fuit. & cuius spiritus nisi dei. & quomodo dei
spūs nisi deus. Deus est quicquid dei est. nec aliud illi
admixtuz est. incompositus est. simplex est & purus deus.
In Iob scriptuz est. Spiritus domini fecit me. & spiracu-
lum omnipotentis viuificauit me. Dei hec sunt opera.
non hominis. Quis facit hominem nisi deus. Spūs do-
mini facit hominez & viuificat hominez. Deus est igit
spūs dni. propter qd dictuz est in psalmis. Spūs dni re-
pleuit orbem terraz. & hoc quod continet omia scienti-
am habet vocis. Quis impleat orbem nisi deus. Qs
continet omnia nisi deus. cui celuz sedes est & terra
scabelluz pedum eius. Et apud poetas. Deum nāq ire
per omnes terrasq tractusq mens celuq profundū
traditum est. Et rursus. Est ne dei sedes. nisi terra pon-
tus & aer & celuz & virtus. Propter quod recte inquit
David. Quo ibo a spū tuo. ostendens non esse locuz
in quo possit fugere spirituz domini qui est vbiq. Esse
vbiq & continere munduz soli deo tributuz est. Deus
igit spūs sanctus qui hec peragit. & futura pnoscit.
& predicit. Sicut scriptuz est Responsuz accepit Symeon
a spū sco. quia non moreret nisi videret christū dni.

pedibus
maris

Non est cur deū negemus qui dei efficit opera: Non igit͛ solꝰ
pater deus est. nec solus filius. sed spūs scūs. cuz patre simł
& filio deus est. quia non aduersatur ratio trinitati psonaꝝ
in vnitate diuinatis. quemadmoduz superius ostensuz ē.
Sed iam trinitatem ex sacris codicibus demonstremus: et
Moysen ante omnes audiamus. Cuius hec sūt verba in ca
pite libri quem Genesim nri vocant. In principio crea
uit deus celuz & terram. terra autez erat inanis et
vacua. & spūs dnī ferebatur super aquas. Tria comme
morat. deum. principiuz. & spirituz: In deo patrem in
telligimus. In principio filium: In spū dnī. spm scm.
Et accipit͛ hoc in loco principiuz pro filio. sicut in psalmis
de filio suo inquit deus. Tecum principiuz in die virtutis
sue. in splendoribus sanctoꝝ ex vtero ante luciferū genui
te: Atqꝫ ita in exordio nascentis mundi. trinitas ipā indi
uinis personis adducit͛. propter quod temtans dyabo
lus primos parentes interposito serpente. & suadens
vt edat de ligno vite prohibito. Eritis inquit sicut dij
scientes bonuz & maluz. quod pinde accipiendum est
ac si diceret Eritis sicut diuine persone. quibꝫ igno
tuz est nihil: Et cuz eijcit Adam de paradiso inquit dns.
Ecce Adam factus est. sicut vnus ex nobis/quibꝫ no
bis: patre scilicet & filio & spū scō: Sed manifestius
eadez trinitas ostendit͛ cuz dicit. Faciamus hominem
ad ymaginez & similitudinez nram: Cuz ait faciamus.
& nostram. plures personas inducit. Cuz dicit yma
ginem vnitatez diuinitatis ostendit: Neqꝫ solitarius
est. qui dicit Faciamus/ neqꝫ alieno a se loquit͛. qui
nostram ait. Duo sūt pluralia verba. faciamus & nram.
vt videat͛ pater cuz filio & spū scō miscere sermonē. qui

non sono vocis sed intellectu expressus est. Dixerat. Creauit
deus celum & terram. deus & creauit singularia sunt.
quia unus est deus. & una diuinitatis essentia. Subiun-
git. faciamus & nostram. ut uideatur pater cum filio et
spiritu sancto pluralitas in personis intelligatur. Idem & psalmista
canit regnis dum ait. verbo domini celi firmati sunt. & spiritu
oris eius omnis virtus eorum. Quid manifestius dici
potest. In conditione celorum tres persone concurrunt. dominus.
verbum. & spiritus. dominus patrem exprimit. In verbo filium
accipimus. Spiritus is est quem sanctum uocamus. Et rur-
sus idem propheta ut trinitatem personarum in diuinitate
cognoscas. ter deum prouocat in benedictione. Benedicat
nos deus. deus noster. benedicat nos deus. & metuant
eum uniuersi fines terre. Trina dei confessio trinitatem ex-
primit personarum. Et cum subdit. metuant eum uni-
uersi fines terre. unitas aperitur diuinitatis. In psalmo
quoque xlv. multum expresse trinitatem innuit. cum
dicit filio. Sedes tua deus in seculum seculi. Et postea sub-
dit. propterea unxit te deus deus tuus. id est pater
& spiritus sanctus. & cum sequitur. pre participibus tuis. miste-
rium quoque incarnationis aperuit. de quo suo loco
prosequemur. Et Ysayas in visione sua clamantia intro-
ducit Seraphin. Sanctus Sanctus. Sanctus dominus
deus sabaoth. ter Sanctus. ad tres personas refertur.
& semel dominus. & semel deus dicitur. quia unus est deus.
& unus est dominus. Et rursus idem vates ex persona
christi loquitur. Et nunc dominus deus misit me & spiritus eius.
Dominus meus inquit. id est pater misit me scilicet filium. &
spiritus eius. qui est sanctus spiritus. Quis hic non intelligat
trinitatem. Non latuit prophetas hoc misterium. possent

& alia plura huiusmodi testimonia ex veteri testameto
afferri que trinitatez plane ostendut. planius tn loquit
in Euangelio dns. qui cuz mitteret in orbem discipulos.
E untes inquit docete omnes gentes & baptisate eos
In noie patris & filij & spus sancti: Tris nominauit per
sonas. & In nomine dixit. no in nominibus. vt essentie
vnitatem in personaz trinitate monstraret. Et Johanes
Euangelista. qui de pectore dni veritatez hausit in
epla sua inquit. Tres sunt qui testimoniuz dant in celo.
pater. verbuz & spus scus. & hi tres vnuz sut: Et Apls
Paulus. Misit inquit spm filij sui in corda nra. Et alibi
S piritus eius qui suscitauit Jhesum habitat in nobis. Et
iterz. Ex ipo inquit & per ipm & in ipo sunt omnia ipi
gloria: Ex ipo dixit propter patrem. per ipm propter fi
lium. In ipo propter spm scm: Non dixit ex ipis aut
per ipos. siue in ipis: nec addidit ipis gloria. sed ipi glo
ria inquit. vt trinitatez simul & vnitatez cognosce
res: Atqz his testimonijs & auctoritatibz illuminata
desuper christiana religio summa cuz fiducia confitet
& predicat vnuz deuz esse qui est causa causaz princi
piuz & finis omniuz rez & omnis auctor creature &
summuz bonu. & nihilominus tris personas in deo recog
noscit. & trinitatem in vnitate veneratur. Cui qui aduer
satur salutis expertem se reddit. & ambulat in tenebris. &
veritas non est in eo. Tu vo si sapias ex tenebris emerges
& candida luce perfusus sacratissimaz trinitatez & cog
noscendo coles. & colendo cognosces: Nec aduersaberis sa
crosancto Euangelio in quo legit verbuz caro factu e.
N egat tuus legifer incarnatione verbi. Nam cur inqt
factus est deus homo. & in ligno crucis passus. qui

alio modo humanum genus redimere poterat. Negat
tua lex christi necem et alium suo loco interfectum existimat.
nec deum incarnatum cognoscit. nec crucifixum aut mortuum.
Nos utrumque predicamus. quia factus est deus homo. et pas-
sus est. et propter salutem hominis hec facta esse testamur.
Ait enim de seipso dominus. venit filius hominis saluare quod
perierat. Constabat primi parentis errato omnes homines
culpa teneri/ clausa erat paradisi porta. nec mortalibus
patebat in celum aditus. Decebat summam dei bonitatem
hominem qui ceciderat reparare. nec miseriter perpetuo
sinere/ qui ad beatitudinem perfruendam creatus fuerat.
Sed obstabat iusticia dei que pro peccato satisfactione
exigebat. Dignus erat infinita pena que maiestatem of-
fenderat infinitam. nec homo tanti erat/ ut infinitam
posset redimere culpam. Stabat hinc diuina iusticia
ultionem petens. illinc diuina bonitas. miserendum
esse censebat: Audienda fuit utraque vox. quia uniuer-
se vie domini misericordia et veritas: Quare etsi pote-
rat deus aliter humane imbecillitati consulere: est
enim omnipotens. hic cum conuenientissimus fuit mo-
dus quem elegit. ut assumpta humana natura ipse
penas solueret/ factus est deus homo/ ut homo fieret
deus/ veritas de terra orta est. et iusticia de celo pro-
spexit. Coniuncta est humanitas diuinati ut acci-
peret ex plenitudine bonitatis/ quod sue defectum
suppleret infirmitatis. Fuit hic modus saluandi hu-
mani generis diuine bonitati conueniens. Satis-
factum est iusticie simul et misericordie. Satisfactum
est amori et odio. placuit hoc diuine potentie. que
omnem defectum nostrum sua virtute superat. Placuit

& sapientie que nihil frustra. nihil non decenter non
conuenientissime facit. & licet necitate absoluta qua
necessariuz dicimus. sine quo aliud ee non potest.
Incarnatio verbi necessaria non fuerit. eo tñ modo quo
necessariuz accipit id quo conueniens congruentius per
uenit ad finem / dicere nō pudet ad reparationem ho
minis incarnationez filij dei necessariaz fuisse. Ego suz
deus. Ego sum dns. & non est absqz me Saluator. Ex
persona christi inquit ysayas. quia nō poterat homo
saluare seipm. & necessariuz fuit vt homo fieret deus.
& deus homo saluaret hominez. propter qd' pulcherri
me & ad propositũ aptissime inquit. Ex nris prede
cessoribus vnus / in hunc moduz de misterio diuine
incarnationis / Suscipit a maiestate humilitas. a
virtute infirmitas. ab eternitate mortalitas. & ad de
ponenduz conditionis nostre debituz / natura inuiola
bilis. nature est vnita passibili. deusqz verus. & homo ve
rus. in vnitate temperat. vt quod nostris remedijs
congruebat. vnus atqz idem hominum deiqz mediator &
mori ex vno. & resurgere posset ex altero. Nisi eniz eet verus de
us non afferret remedium / nisi eet verus homo nō preberet ex
empluz: Intelligis q conuenienter filius dei carnem assump
serit vt deus / & mortem obierit vt homo. Sed queris testimo
nia antique legis / non negabimus / presto sunt. Ecce ysayas / vir
go concipiet & pariet filiuz. & vocabit nomen eius Emanuel.
quod interpretat nobiscuz deus. Quomodo nobiscuz
deus: nisi quia verbum caro factuz. & habitauit in nobis.
Et iterũ eiusdez prophete verba sunt. Puer natus est nobis.
& filius datus est nobis. & cuius imperiuz super humerũ
eius. & vocabit nomen eius admirabilis / consiliarius / deus

fortis / pater futuri seculi / princeps pacis / An non hic
misterium incarnationis plane ostendit? Et que tunc futu-
ra erant tamquam preterita manifestantur? puer inquit natus
est nobis / quia natus est in humana paruitate. Et datus
est filius. quemadmodum Johannes ait. quia sic deus dilex-
it mundum. ut filium suum daret unigenitum / datus est
christus ex diuinitate / natus ex humanitate / natus ex vir-
gine. Cuius imperium super humerum eius: Quid est im-
perium christi nisi lignum crucis in quo pependit? Cruce
dominus mundum vicit. aereas potestates debellauit. et subac-
to triumphatoque dyabolo / regnum suum potenter intrauit: Opor-
tuit enim christum pati. et sic intrare in gloriam suam. ut
inquit ipse in Euangelio Luce / Imperium igitur super humerum
eius fuit. quia crucem suis gestauit humeris. quamuis
eo fatigato Symon Cyreneus angariatus sit eam tollere.
Dicitur admirabilis. propter signa et prodigia que fecit / Lumen
cecis / auditum surdis / claudis ambulationem: debilibus
fortitudinem. et mortuis vitam restituens: Consiliarius
appellatur propter Euangelica consilia que adiecit antique
legi: Deus asseritur ne putares purum hominem natum: Nam
deus humane nature coniunctus est / Fortis / quia spoli-
auit infernum. et portas ereas confregit. et vectes ferre-
os dissipauit. pater futuri seculi. quia celum aperuit elec-
tis. et regnum homini preparauit eternum. post hanc
vitam in celesti hyerusalem princeps pacis: quia nato
christo clausum est apud Romanos templum Jani: et
mira pax exorta est. et Gloria in excelsis deo canta-
uerunt Angeli. Et in terra pax hominibus bone volun-
tatis: Ostendit et alio loco idem ysayas incarnationem
verbi dicens. Dominus enim iudex noster. dominus legifer noster. dominus

Admirabilis

Consiliarius

Deus

fortis

pater futuri seculi

princeps pacis

rex noster ipe veniet & saluabit nos: Quod perinde acci
piendu*z* est ac si dicat carnem accipiet. & mortem pro no
bis subibit: Et rursus: vere tu es deus absconditus, deus
israhel saluator: Absconditus inquit. quia in carne latuit.
S aluator israhel: quia sua morte nostram mortem redemit.
Et ne putes temporalem esse salutem, saluationis genus
addidit. israhel saluatus est in dn̄o inquit: idest virtute
dn̄i. Et subdit salute eterna. qua*z* consequti sunt omnes
qui ex israhel christo crediderunt. Apertissimu*z* est testimo
niu*z* ysaye. Sed audi hyeremiam. sua hec sunt verba:
E cce dies veniunt dicit dn̄s. & suscitabo germen iustu*z*
ex semine dauid. & regnabit rex & sapiens erit. & fa
ciet iudicium. & in diebus illis saluabitur iuda. & habi
tabit israhel confidenter. & hoc est nomen quod vocabunt
eu*m* deus iustus: Considera verba & attende misteria. Sus
citabo inquit germen iustu*z* id est christu*z* sc̄m & iustu*z*
ex semine dauid secundu*z* carne*m*. quia ex prosapia re
gia. et de sanguine dauid Maria mater dn̄i nata est.
& regnabit Rex. Quomodo regnabit. Sane queadmo
du*z* ipe apud Matheum in Euangelio dicit. Data est
mihi omnis potestas in celo & in terra. quod est rege*z*
esse. Et sapiens erit ayt. sapientia scilicet creata que
hominis est. & increata que dei est. & que fuit ante
secula. Et faciet iudicium discretionis scilicet & discus
sionis. nunc discretionis. cu*z* eligit ex mortalibus quos
uult. & alios suo arbitrio dimittit. Et in fine seculi
discussionis. quando reddet vnicuiq*z* secundu*z* opera
sua. In diebus illis saluabitur iuda. idest quicu*n*q*z* credi
derint. & baptizati fuerint salui erunt. Et habitabit
israhel confidenter. in statu scilicet ecclie triu*m*phantis.

Et hoc est nomen quod vocabunt euz deus iustus. ut
scias quia christus ex semine dauid natus. non soluz ho
mo sed etiaz deus est. nec alteri q̄ christo hec verba conue
nire possunt. Accedat et alius propheta Baruch nomie.
Quid ille ait? hic est inquit deus noster. et non existi
mabit alius aduersarius eum. hic adinuenit omnem
viam discipline et tradidit illaz Iacob puero suo. et Israhel
dilecto suo: post hec in terris visus est. cuz hominibus
conuersatus est. Docent hec omnia incarnationez ver
bi. et hominem factuz dei filiuz manifestant. Nunc
de morte audi / et eos contemnito. qui christuz volunt
esse translatuz et nonduz mortuuz. Sed incredibili demē
tia circa diem supremi iudicij cuz omnibus angelis
interficienduz putant. O nephandam audatiam et
stulticiam alias inauditam / dimittimus angelos / quorum
substantia incorporea est et inmortalis / christuz in
terfectuz negant. et aiunt interficienduz: At dauid
ex persona christi / que non rapui tunc inquit exsoluebā
quia non peccauit et penas dedit. et pro alieno delicto
mortem subijt: Quod manifestius Ysayas ostendit
dicens. Vere langores nr̄os ipe tulit. et dolores nostros
ipe portauit: Ipse vulneratus est propter iniqtates
nostras: attritus est propter scelera nostra. Disciplina
pacis nostre super eum. et liuore eius sanati sumus.
Omnes eniz nos quasi oues errauimus. et vnus quisqz
in via sua declinauit. Et deus posuit super euz iniqta
tem. id est penam pro iniquitatibus omnibus expian
dis omniuz nostruz: Et subdit. Oblatus est quia
ipe voluit. et non aperuit os suum. Et paulopost
tradidit in mortem animam suam. Cuz sceleratis

deputatus est. ipse multorum peccata tulit. & pro trans
gressoribus rogauit. Si vidisset propheta passionem christi.
vix potuisset apertius loqui: Nec hyeremias tacuit tor
menta domini. qui eum ex ligno crucis ita loquentem inducit.
O vos omnes qui transitis per viam. attendite & videte si est
dolor sicut dolor meus. Et ipse Saluator de se ait. Ecce as
cendimus hyerosolimam & filius hominis tradetur princi
pibus sacerdotum & scribis & condempnabunt eum morte.
& tradent eum gentibus ad illudendum & flagellandum &
crucifigendum & tercia die resurget. Et iterum alibi. Sicut
Moyses exaltauit serpentem in deserto. Ita exaltari oportet
filium hominis. vt omnis qui credit in eum non pereat
sed habeat vitam eternam. Et ne de morte dubites scribit
Euangelista. Cum accepisset Jhesus acetum dixit con
sumatum est. & inclinato capite tradidit spiritum. Pro
phete christum moriturum & a mortuis resurrecturum predix
erunt. Euangeliste & obiisse in cruce & sepultum. resurrex
isse tercia die affirmant. Certa res est et nihil ambiguita
tis habet. veritati omnia consonant. Resurrexit dominus.
Ascendit in celum. & venturus est iterum vt faciat iudici
um in fine seculi. Tua lex hoc non recipit. quia non sapit
de christo que sapere oportet. Cuius alterum aduentum non
solum Euangelium sed antiqui etiam vates ostendunt.
sicut paulo ante de hyeremia diximus. Contestis eius
est Daniel dicens. Ecce in nubibus celi quasi filius homi
nis veniebat. & vsque ad antiquum dierum peruenit. Et sequitur.
Et dedit ei potestatem & honorem & regnum. & omnes
populi tribus & lingue seruient ei. Quibus in verbis
viri doctiores iudicium christi facile inueniunt in
fine mundi. Et ipse christus de seipso loquitur. Dico vobis

q; vos qui sequti estis me. in regeneratione/cuz sederit
filius hominis in sede maiestatis sue. sedebitis & vos iu-
dicantes duodecim tribus israhel: Et in actib; aploꝝ legi-
mus constitutuz esse xpm a deo pre viuoꝝ & mortuoꝝ
iudicem: Hec nos de deo sentimus. hec firmiter credim9
hec salubriter predicamus eternaz vitam promittentes
omnibus qui xpo credut. & in trinitatis noie baptisa-
ti opera faciut euangelio digna. Queris que sit ista
vita eterna: Quid agat illic homo: Qua voluptate le-
tetur: Quomodo beatitudine assequat: Respondemus
cuz Euangelio Johannis. hec est vita eterna vt cognoscat
te veruz deuz & quez misisti ihesuz christuz. Summa
ibi felicitas erit. videre deuz in sua natura. & eius per-
frui bonitate. Gaudia nre mentis erut. hanc satiabi-
mus. hanc implebimus. huic summa felicitas erit herere
deo & deuz cognoscere. Videmus eniz nuc per speculuz
vt ait Aplus. tunc facie ad facie. Et in jubilo/teste
Job: In facie dni videbimus lume. & saciabimur cuz
apparuerit gloria eius. Et erimus sibi similes sicut ait
Johannes/Nec oculus vidit inquit ysayas. nec auris
audiuit. nec in cor hominis ascendit. que promisit
dns diligentib; se. Et Aplus. Non ee condignas passio-
nes huius seculi dicit ad futuraz gloriaz que reuela-
bit in nobis. Tua lex in altera vita flumina lactis &
mellis & vini promittit. & cibaria delicata. & vxores
multas. & concubinas. & virginuz coytus. & angeloꝝ
in turpibus obsequijs ministeria. & qcqd caro desiderit.
B ouis hec paradisus & Asini. potius q hominis e.
N am quis mortalis est hominis habens faciez/qui per
omnez vitaz suaz corpori seruiat. Quis no aliqn in

mentis secessum abit? quis non pascit intellectu aliquo.
& a sensibus speculando recedit? An nō est honoris & glorie
voluptas multo diuturnior & iocundior q̄ veneris? An nō
dulcior est bene acte vite laus q̄ cibus ipse vel potus: Bibit
sapiens atq; edit vt viuat. Tua lex ita vitam appetendā
homini existimat vt edat & bibat, sicut vt in hoc seculo car/
neus fuit legifer tuus. ita & in futuro carni studendū
putauit neq; curauit satiare mentē. cui omne studi/
um fuit implere ventrem. atq; in ea re summū bo/
nū ee putauit. Quod neq; gentiles phylosophy p̄ter
paucos admisissent. Inter quos summa fuit de sup/
mo bono dissentio. Alij in doloris priuatione felicitatē
posuerunt vt Dyodorus. Alij in indolentia vt hyero/
nimus. Alij in honestate voluptati coniuncta vt Ca/
lipho & Dynomachus. Alij in scientia vt herilus. alij in
sola virtute atq; honestate vt zeno & Stoyci. Alij in bo/
nis anime. corporis & fortune. vt Aristoteles & Peripa/
thetici. Soli Aristipus & Epicurus & eorum scola summū
bonū in voluptate locarunt. atq; his tua lex confor/
mis est. qui fex omniū phorum & fetidū cenū fuere.
nec tn̄ illi in eo errore fuerunt. vt hanc felicitatem
in altero seculo expectarent. quibus future vite spes
nulla fuit. mortalem animam existimantibus: Nostri
phylosophy summū bonū neq; in terra. neq; in sen/
su sed in celo & in deo querendū censent. & eo satian/
dam mentē existimant. & natura ita instituit nos
vt celū aspicientes eo votis omnibus aspiremus: Sicut
& illud poeticū. Os homi sublime dedit celūq; videre
iussit. & erectos ad sydera tollere vultus. Quis nescit
finē his prestare que sūt ad finē? oīa hec corporea

oblectamenta eo reperta sunt. ut species hominis conser-
uari & in suum finem qui est deus adduci posset. Quis autem
ederet aut biberet aut procreandis liberis operam daret.
nisi esset in his aliqua delectatio. at hec non est finis hominis
qui ad deum factus est. & nisi ad eum ueniat nunquam
quiescit. nec per carnales delectationes ad deum ipsum
peruenit. Sed quanto his magis immersus est homo. tanto
est ab ipso deo remotior. Qui alioquin eo beatior existit quo
angelice diuineque nature magis ac magis adheret. neque
curat carnalia desideria qui bonis fruitur spiritualibus.
sicut ignis & aqua simul esse non possunt sic delicie spirituales
carnalibus non coherent. Trahunt ille ad se humanam na-
turam & totam in se rapiunt nec sentire sinunt que ca-
ro appetit. Gustato spiritu desipit omnis caro. ut inquit unus
ex nostris. Tua lex in paradiso voluptates admittit. quas
nec Solon nec Liturgus permisisset in terra. Quot fedi-
tates de cibo & potu & aliis voluptatibus orientur. quas in pa-
radiso nephas fuerit nominare. aut gignerentur sine fine
homines. & impleret omnia nunquam morituri. Aut frustra
esset permixtio maris & femine sine fructu. que etiam
in hoc mundo damnatur. Dicis quid ergo feminis opus
est si non coitus. Dicimus & nos quid opus est coytu
si non est generatio propter voluptatem dices. At hec feda
voluptas est & indigna que paradisum ingrediatur. Nam
quomodo illic permissa erit hec turpitudo. que hic tamquam
obscena prohibetur. & tantum propter sobolem aut euitandi
maioris mali causa permittitur. Hypocrates diuinauit
scientia. venereum coitum partem esse quandam morbi
teterrimi existimabat. quem nostri comitialem dixerunt.
Quis igitur habens aliquid humani pudoris ut verbis

oblectamenti

cuiusdam gentilis vtamur. voluptatibus istis duabus co-
eundi atque comedendi que homini cum sue atque asino commu-
nes sunt gratuletur? Non sunt hec que pia mens in celo
requirat: Dicis item non erit plena felicitas in paradiso si ali-
quod defuerit oblectandi genus? Ergo vt existimas cum
variis rebus oblectentur homines saltatione: venatione: pisca-
tione: Ludo: Lucro: Cantu: Cibo: Potu: venere. & aliis quam plu-
ribus eadem omnia in paradiso tuo requires. Et cum virgilio
dices. Que gratia currum at morumque fuit viuis. que cura
nitentes pascere equos. eadem sequitur tellure repostos. Va-
na hec phylosophya est quam nulla vnquam ciuitas bene in-
stituta recepit. Nos vt diximus mentis gaudia & spiri-
tuales delicias querimus. Beatitudo nostra quam
expectamus in altera vita est ipsa dei visio. qua nihil
optabilius inueniri potest. videbit enim beatus animus
& que sunt in celo & que sub celo. quid erit quod
eius aspectum fugiat qui videbit videntem omnia?
que nunc videntur obscura de deo: de trinitate: de in-
carnatione verbi: de processione spiritus sancti: de sacra-
mentis ecclesie: de ceteris archanis. tunc aperta erunt
& manifesta. nullum deerit oblectamentum. nihil re-
quiret vltra plenus animus: Nam quid pleno opus
est? nihil illi deest qui nihil cupit. desideria nostra
implebit optimus ac maximus deus: in quo omnia bona
insunt. nec vllum cupiditatibus nostris relinquet locum:
erit deus omnia in omnibus. qui sine fine videbitur.
sine fine amabitur. sine defatigatione laudabitur. Que
lingua dicere vel quis intellectus capere sufficit illius
superne ciuitatis quanta sint gaudia angelorum choris
interesse. cum beatissimis spiritibus glorie conditoris

assistere. presentem dei uultum cernere. in circū
scriptuz lumen videre. nullo mortis metu affici incor
ruptionis perpetue munere letari. Nec illic beatitudo
humani corporis in epulis erit. aut in vino. aut in
coytu ex redundatione beatitudinis anime glorifica
bit corpus ipm. & similitudinez eius induet. fulgebit
tanq̄ sol in conspectu dei. tenuitati eius nulla resistet
materia leuitas & agilitas infinita spatia in ictu oculi
permeabit. nihil erit quod amplius ledi possit. Inuiolabi
le erit & impassibile more anime. & ita totus homo
exultabit & dicet cuz propheta Cor meū & caro mea
exultauerūt in deuz viuum. nec frustra erit differētia
sexuum. aut artus reliqui superfluent. resurgent viri
& femine integris membris. & non soluz in spetie.
sed in ipo indiuiduo humane nature perfectiorem
tegrabit. nec tñ animales operationes aderunt. nec cō
mixtio maris & femine. quia cessabit causa prop
ter quaz fuerat introducta. Erit eniz completa
multitudo hominuz a deo prefinita. nec vllus erit
carnalis appetitus. nec pulsabit temtatio inimici.
non patebit insidijs locus. cuz peruentuz fuerit
ad triumphuz pax ibi inconcussa & quies & sū
ma concordia vigebit: Vides inter tuam & nram
beatitudinem quantuz interest. Nostra felicitas
nobiliori hominis parti idest anime respondet. Tua
viliori quod est corpus. Nostra mentalis est tua car
nalis. nostra fulgens & nitida. tua obscura & feti
da. nostra cuz angelis & ipo deo comunis est. tua
cuz suibus & alijs pecoribus: nostram docti oēs
phy laudant. tuam vituperant. nra celo digna ē.

tua etiaz in terra comprehendit[ze]. Sed dices in sacris etiam
codicibus conuiuia reperiri que futura videntur in celesti hye-
rusalem. potu ciboqz plena. Inquit eniz ysayas. faciet dñs
exercituuz omnibus populis in monte hoc conuiuium
pinguium: Et in sapientia legimus. Miscuit vinuz & po-
suit mensam: Et iterum. Venite. comedite panem meuz et
bibite vinuz quod miscui vobis: Et in ecclesiastico. Cibauit illum
deus pane vite & intellectus. & aqua sapientie potauit
illuz: Et dñs apud Lucam. Ego inquit dispono vobis
sicut disposuit mihi pater meus. vt edatis & bibatis
super mensam in regno meo: Omnia hec & his similia
spiritualem habent intelligentiam. quia de mensa ipsa
sapientie non corporalis vel cibus vel potus assumitur.
Sed mentalis qui suauissimus est & mundissimus.
& hic est quez nos expectamus in futuro seculo: Tan-
to est igitur nostra dignior quam tua felicitas. quanto nobilior
& diuine beatitudini propinquior: Sed attingamus non-
nullas alias tue legis ineptias que cuz sacris licteris
aduersantur. tuz phylosophycas rationes excludunt. dicit
legifer tuus. quod tetigit euz dñs manu sua inter hume-
ros & vsqz ad medullam dorsi eius penetrauit frigus.
quod perinde est ac si corporeuz ee deuz affirmet. quia
tactus non est nisi per corpus: Nos incorporeum dicimus
deuz. Ait eniz ysayas ex ore dei. Celuz & terraz ego imple-
bo. quod non posset fieri si corporeus eet. Et propterea dicit
in ps david. Spus dñi repleuit orbem terrarum: Spus inquit
dñi, non corpus dñi. Et Johanes in Euangelio. Spus est
deus: phylosophy deuz purum actuz ee dicunt. princi-
piuz omniuz rerum. nature omnino simplicis & eterne. quod
si corporeus eet deus, nihil horum ei posset attribui. Eet

Ineptie Macho
metis

enim compositus ex elementis aut alia materia & posterior
suis partibus nec simplex neque purus neque origo rerum & natu
ras haberet seipso excellentiores angelos scilicet. Nobiliora
sunt enim spiritualia quam corporea. quod est opinari absurdum. ne
dicamus asserere. Nec simul stare potest ut causa causarum
sit deus sicut philosophi volunt. & recte volunt. et compositus inve
niatur. Esset enim ab alio compositus. & illum nos potius diceremus
deum qui composuisset. Non est igitur compositus deus corpore
quia compositus non est. nec movemur quamvis in sacris literis
& caput & manus & pedes & oculi & digiti & cor & uterus
& huiusmodi attribuantur deo. Utitur enim spiritus sanctus qui lo
quitur in scripturis vocabulis que sunt in usu per similitudinem
quandam. sicut dicit Ezechiel ex persona dei. Ego visionem
multiplicavi eis. & in manibus peccatorum assimulatus sum
eis. Est enim naturale homini per sensibilia ad intelligibi
lia pervenire. & omnis nostra cognitio a sensu capit exordium.
A[t]que idcirco spiritualia nobis in sacris codicibus sub metha
phora corporalium exhibentur. atque ita fit ut etiam rudes a
liquid capiant qui alioquin essent divine sapientie minus
ydonei auditores. Dicit propterea tuus Mahumetes
omnium peccatorum causam esse deum. & exclamans his ver
bis utitur. O deus quibus vis bonam. quibus vis malam viam
prebes. Nos mortale peccatum aversionem quandam esse
dicimus ab ultimo fine. nec possibile censemus deum qui
ultimus est voluntatem cuiuspiam a se avertere. Esset
enim sibiipsi contrarius. Et si deus omnia diligit quecunque
facit. Ut est illud sapientie. Diligis omnia que sunt. & nihil odi
sti eorum que fecisti. quomodo consentaneum est ut pec
cati causa sit ipse deus. Cui dicit in psalmo david. Odisti
omnes qui operantur iniquitatem. Et in ecclesiastico legimus. Omne

excrementum erroris odit deus: contraria sunt amor et odium.
Audi ulterius intollerabilem tue legis errorem: Si nobis inquit adversa incumbunt, incubuerunt et ceteris: Sunt enim isti dies casus atque fortune: Negat divinam providentiam curare mortalia. nos de divina sapientia dicimus quod attingit a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia suaviter. nec summe dei bonitati convenit ea negligere que creavit. Propter quod inquit apud Matheum dominus omnes capilli capitis vestri numerati sunt: Addit Mahumetes angelos creatos ex flamma ignis et peccare et mortuos esse: Nos cum propheta dicimus quod deus fecit angelos ex nihilo suos spiritus et creavit eos ex nihilo: Et philosophos nobiscum sentientes habemus. qui omnes angelos quos vocant intelligentias, incorporeos esse dixerunt. nec peccatum in angelis reperiri posse censemus. qui deum in essentia videntem omnia, vident. et omnia intelligunt ad suam perfectionem necessaria. nec est in eis ignorantia peccati mater. nec subiectam corruptioni naturam angelicam arbitramur, in qua non est materia: que separari possit a forma. sed ipsa forma per se subsistit incorruptibilis et inmortalis. Origenis preclari et excellentis ingenii viri, sicut multa extant preclarissima opera, ita et nonnulli errores perniciosissimi reperiuntur. Inter quos unus ille est. quia demones per dei misericordiam liberandos esse aliquando a penis asseruit. Hunc secutus est Mahumetes qui salvandos per alcoranum malos angelos affirmat: Nos cum Ysaya de omnibus damnatis sive hominibus sive angelis. unam sententiam habemus. quod vermis eorum non morietur. et ignis eorum non extinguetur.
Et Salvator in Evangelio damnatis in ultimo iudicio ignem eternum repromittit. dyabolo et angelis eius preparatum.

Quid quod tuus legifer animam humanam portionez esse
asserit anime dei sicut nonulli phi paruz periti tradiderunt
& Manichei sequti sunt. Nos humanaz animam ad yma-
ginez & similitudinez dei factam dicimus: sicut scriptu
est in Genesi. faciamus hominez ad ymaginez & simili-
tudinez nram. qd' de aia dictuz est. no de corpore. Qd'
si aia hominis portio eet dei. eet vtiqz deus. nec eet homo
non deus. quod dicere stultissimuz est. cuz manifestuz
sit labi hominis aiam a bonitate in maliciam. a veritate
in errorem. a gaudio in tristiciam. a spe in desperatioez.
qd' est a dei substantia penitus alienuz. Nec illud verz est
qd' in vestra lege tradit aias hominuz ex vna productas
esse omnes. Asserunt enim phi ab extrinseco ee homini intellec-
tuz. et qd' innato fit spus vite iussu dei. Et theologi ronales
aias omnes ex nihilo creatas dicut. Et Adam cuz factaz
vidisset feminam. hoc os inquit de ossibz meis. & caro de car-
ne mea. non dixit aia de aia. Et propheta in ps canit. Qui
finxit singillatim corda eorz. ponit enim cor pro aia. quia
sedes eius in eo est. & deus sibi productionez aiaz reser-
uauit propter earz dignitatez. qui per ysayam ait.
Omnem flatuz ego feci. qd' intelligit de flatu spuali qui
est ronalis aia. Preterimus qd' celum ex fumo factum
dicitis. qd' si verz eet corruptioni subiaceret. Preterimus qd'
solem & lunam equales ab initio virtutis & luminis tuus
propheta testat. Nos dicim' celuz ex nihilo creatuz. & duo
luminaria magna fecisse deuz. Luminare dei maius vt
preesset diei. & luminare minus vt pesset nocti. Ad illd'
transimus qd' in vra lege dulcissimuz & saluberrimuz esse
putatis. vxores multas ducere. Quod si deo placuisset
creato homini ab initio no vnaz tm sociam prebuisset.

vxores plures

sed plurimas: Nec dixit deus: Relinquet homo patrez & matrem & adherebit uxoribus suis. sed uxori sue dixit. Nec amicitia inter viruz & uxorem vera ee pot ubi non est equalitas. cuz vir pluribus misceat. mulier vo tm uni adhereat & eiu est in alias plures distractus amor. nec propterea numerus hominuz auget. quia plures uni nubant femine. naz totidem viri priuati coniugio sine prole decedunt. Et presertim cuz mulieres numero pauciores existant. Iniqua igit res videt & naturali aduersa libertati unius urbi ciuium alios multiplici matrimonio uti: alios in solitudine degere: Nec propterea ea laudanda consuetudo qd in veteri lege plerosqz sanctos viros pluribz uxoribz fuisse coniunctos legimus: quia non id ex lege aut ex voluptate fecerunt. sed diuina quadaz dispensatione & ad sobolem procreandam. que cresceret in cultu dei: Taceamus de diuortio quod permittit apud vos contra legem euangelicam. & de adulterio & fornicatione. & alijs sceleribus. que licet antiqua lex detestet & noua prorsus abhomineti. apud vos tn concessa videnti: Non e qd oia tue legis errata percurramus. qm neqz nobis scribendi. neqz tibi legendi satis est otij: & tu ipe pro tuo ingenio multa intelligis adeo stulta esse. ut nulla posset ratione defendi. tota de deo questio e. huc oia referunt. totiz in eo consistit. ut xpm ihesuz deuz ee credamus. quo concesso nccce est eius legi obedire. et eius verbis credere. quoniaz verax est & mentiri no pot. I n eius lege trinitatez. de qua supra diximus. in unitate diuinitatis comperimus. & incarnationez verbi & processionez spus sci. & reliqua oia que retulim usqz ad extremuz iudiciuz: Qd autez christus deus sit. iam

supra ic

supra ostensu(m) est ex veteri lege atq(ue) prophetis. Licet etia(m)
ex tua lege monstrare. que (pro)phetam & s(an)c(tu)m viru(m) fuisse
xp(istu)m asserit. Si (pro)pheta & sanctus. ergo verax. si verax &
deus. Nam deu(m) se ipse est dicens. Ego & pater vnu(m) sum(us).
& qui uidet me videt et patrem. & creditis in deu(m):
& in me credite. & alia multa huiusmodi. per que
diuinitas xp(ist)i colligit(ur). & equa cu(m) patre & sp(irit)u s(an)c(t)o
maiestas: Bene est igit(ur) vt legem n(ost)ram amplecta-
ris que verax est & salutaris a deo data. & tunc re-
linquas in qua non est veritas neq(ue) salus. homo illam
tulit peccatis & ignorantia plenus: Intellexisti qua(n)ta
adduximus ex veteri lege testimonia. quibus deus os-
tendit(ur) & homo christus ihesus. Et pro n(ost)ra salute suppli-
tio crucis affectus. Audiuisti sacrosanctas Euangelij
attestationes & ipsius xp(ist)i voces: que(m) tua lex sanctu(m)
habet: Quid igit(ur) obstat baptismo: Quis prohibet
aqua(m): Quid moraris: Ingredere iam tandem salutis
iter cu(m) precellentibus viris & magnis Imperatoribus
ad eterna(m) salute(m) sub xp(ist)o peruenies: Diximus de Co(n)-
stantino seniore & de Phylippo qui rempublica(m) tene(n)-
tes in xp(istu)m credidere. Post Constantinu(m) creati Cesa-
res idem iter sequti sunt. & in fide n(ost)ra dormiuerunt.
Excepto Juliano Apostata qui ex monacho cesar fac-
tus transiuit ad Idola. que vitam laxiorem promit-
tebant. Sed ille in bello parthico penas dedit. & sagit-
ta confossus in incertu(m) missa: coactus est cadens di-
cere / vicisti galilee. Sic enim per contumeliam voca-
bat xp(istu)m. Fuerunt & aliqui scismatici & heretici q(ui)
& si censebant(ur) nomi(n)e. no(n) t(ame)n recta incesseru(n)t via. Impe-
ratores christiani nullo ve errore polluti inue(n)ti sunt

Julianus apostata

Iouinianus: Gratianus: Iustinianus: Valentinianus: Ius-
tinus: Duo Theodosij: Archadius: Honorius: Carolus mag-
nus: Ludouicus. & plures franci. & Theotonici tres Ot-
tones. Henrici aliquot. & non pauci sub alijs dicti noibus:
Preterimus alios reges fama claros: qui vel in gallia
vel in hyspania. vel in Anglya. vel in hungaria. vel in
alijs prouintijs xpianis sacris iniciati fuerūt. et in
domino mortui ad vitam creduntur migrasse beatam:
Cum his non est cur te pudeat xpi iugum subire. & sub
eo regnare. per quem reges regnant. & legum condi-
tores iusta decernunt: Multos inuenies reges qui te
colentem xpm honorabunt. & si enim aliquando horrebant
reges, xpi nomen. & propter ydola xpianos perseque-
bantur. postea tamen propter christum ydola deleuerūt. Ho-
nesta hec societas est. tum quia te vocamus in viam
veritatis & pacis: Illa nihil dignitatis habet. tum quia
tua te lex in deuia rapit: Nam preter Ottumanorum
familiam de qua natus es: & illustres progenitores
tuos. quis est qui magnopere laudari inter Sarra-
cenos queat.' Celebratur Seladinus quidam & aliqui
pauci nomen habent. qui res memoria dignas gessere:
At xpianorum excellentissima noia oes hystorias im-
pleuerunt: Noti sunt in Syria & Egypto. Giofridus.
Balduinus. Bohemundus. Tancredus. Conradus.
Phylippus. & alij admodum multi. qui ab extremis gal-
liarum & Germanie finibus cum ingentibus copijs hye-
rosolimam petiere. Iterque sibi per medios hostes ferro
parauere. hos tibi comites damus. cum his te christo
iungere cupimus. honestiores hij socij sunt quam Egip-
cij effeminati. aut imbelles Arabes: Tua origo sicut

accepimus Scytica est. Inter Scytas multos fuisse viros
in armis claros memorie tradit᷑. qui vectigalem Asyam
pluribus seculis tenuerit. & Egyptios vltra paludes eiece-
runt. Non sūt comparandi. aut Egyptij aut Arabes Scy-
tico generi/ non est forti & ignauo societas equa: Miranduz
est tm̄ potuisse suis fascinationibus Arabes/ vt audaces &
prestantes Scytas in suaz potestatez societatez adduxerit.
Quid dicimus societatem? non est hec societas. seruit᷒ ē.
Qn̄ eoꝝ legi subiectus es: Que vtinaz lex eēt & non de-
ceptio ac prestigiū: Conformior tibi cuz christianis so-
cietas erit fortibus viris/ facile amicant᷑ fortes/ virtus vir-
tuti placet. pulchra & stabilia sunt inter equales con-
sortia. si eadez religio est. idemq꜡ dei cultus: Age igit᷑.
accipe christianos socios. accipe fidez & baptismum.
qui te hic faciet in terris magnuz quoad uixeris.
& post obituz in celo beatuz reddet: Audisti p̄missa
Euangelica. & quomodo cuncta que diximus vete-
ris leḡ auc̄te probant᷑: Sed times ne te decipiamus.
Recordaris tuī legislatoris qui asserit legem & p̄ph̄as
a iudeis: Euangeliuz a xp̄ianis esse corruptuz. tm̄q꜡
de veritate vel noui testamenti vel veteris remāsisse.
quantuz in alcorano continet᷑. Exploratuz id for-
sitan arbitraris & veꝝ ēē. atq꜡ iccirco testimonijs
nr̄is nō adhibes fidez: Nec baptizari audes. aut in
xp̄m credere. vtinaz tam bonus fuisset tuus legifer
q̄ callidus. taz verax. q̄ versutus. taz iustus q̄ iniquus.
Tota ē artificiosa & fraudulenta lex ei᷒. naz q diuinuz
sibi abesse auxiliū nō ignorabat. ad hūanas cōfugit
astucias. Cupiebat legē edere. que sibi nomē daret. famaq꜡
etiā per flagitia exoptabat. vt Herostratus ille

qui Dyane ephesie templuz incendit / et animaduertens an
tiquaz et nouaz legem quamuis honesta esset. duram tamen vulgo uideri
et seruatu difficilem. sed eam ipse edidit que voluptatez huma
no generi amicam permitteret: Sic enim facile fieri posse ex
istimauit. vt innumerabiles populi in suas traditiones con
cederet: Nam gentiles quamuis laxiori lege tenerentur quam xpiani
continentiaz tamen et modestiaz et frugalitatez comendabat.
et phylosophis auscultabant virtutis amatoribus: Neque sine
bant suos ciues corrupi vicijs aut voluptate marcescere.
Creuit igitur secta Sarracenorum licentia viciorum. placuit vx
ores ducere quot mallent. easdemque dimittere cum displi
cere cepissent, habere concubinas quamplures. et in omne libi
dinis genus posse prouolui, indulgere ventri cuncta que
vellet et ori preter vinum / et vniuersis inmergi voluptati
bus. Et si enim aliqua ieiunia in lege tua precipiuntur. id
etiaz ad irritandam voluptatez factuz est: Nam Sarraceni
dies ieiunantes. nocte que longa est epulantur et bibunt: Nec
aliam ob causam vini vsus interdictus est. nisi quia no
ceret in ardenti terra qualis est Arabia et maior est in
frigidis voluptas poculis: Hoc ergo vnum Mahumetis in
uentuz fuit. vt legem propagaret suam. ea precipiens
que grata essent auditoribus. et maxime plebibus. qui
iumentis similes existunt. Nec fefellit euz opinio in hac
parte placuit noua lex. et breui tempore ita coaluit. vt in
multis populis. gentibus ac linguis reciperetur. cuius
fundamenta in voluptate iacta fuerunt: Verum sicut
Agricola non imprudens postquam vineam plantauit
fossam circunducit et sepem. ne destruatur a feris ita
et Mahumetes suaz legez conseruare ac munire sta
tuit. Animaduertit homo sagax duobus modis suuz

Cur vinum prohibuit

dogma conuelli posse atque confundi auctoritate scilicet
et ratione atque aduersus hec duo que poterant inueniri
remedia non neglexit. Auctoritati opposuit quod paulo
ante retulimus Antiquam scilicet et nouam legem de
prauatam esse. nec quicquam veri restare nisi quod Alcoranus
haberet. Rationi arma obiecit. Iubens ne quispiam de
sua lege disputaret. neue rationem quereret sed eum qui contra
niteretur ferro vindicandum esse: Atque huiusmodi vallo suam
legem callidus veterator communiuit. Sed non est hic Ada
mantinus murus neque ferreus neque ex viuo lapide
fragilis materia est creta et luto munita. domus facile
le oppugnabitur. nec resistet telis nostris. facile ruunt edi
ficia in arena fundata: Aggrediamur hec tue legis mu
nimenta. Corruptionem in primis sacrarum licterarum
obijcitis. hoc ei probandum fuerat qui factum asserit
nobis satis erat negare factum: Libet tecum aliter agere
et apertam tui legislatoris calumniam ostendere: Lex
iudayca quam Moyses et prophete tradiderunt antequam
Mahumetes nasceretur pluribus seculis scripta fuit
et multis in locis promulgata. et in alienas transla
ta linguas. nec fuit vnus interpres. sed plurimi. Ro
gante ptholomeo phyladelpho Septuaginta presbi
teri legem interpretati sunt et consona dixerunt
Aquila etiam et Theodotion et Symachus et alij vetus
testamentum traduxerunt. facta est antiqua lex et greca
et latina multis etatibus antequam tua promulgaretur.
Implete sunt omnes bibliothece Mosayca et aliorum prophetarum
traditione. Alexandrie. Rome. Athenis. Carthagine.
Syracusis. Toleti. Lugduni: et in omnibus locis que
insignia erant. siue apud grecos. siue apud Latinos

vetus testamentuz ex hebrayca veritate traductuz et
habebat & publice legebat. Quis ille iudeus tam potens fuit
qui corrumpere legem vbiq; gentiuz potuit? Nonduz na
tus erat christus. cuz septuaginta interpretuz editio fca
est. quo tempore nulla erat causa corrūpende legis/ cuz
nulla eēt cuz christianis nonduz natis de lege contētio.
nec propter alios oportebat legi aliquid detrahere. qui le
gem non acceperant. nec propter eos qui talez acceperant &
laudabant, si qua corruptio interuenit/ in ea potuit
interuenire que apud hebreos remansit. non in ea que
inter latinos & grecos vulgata est. & per infinitas dif
fusa prouintias. Quoq; nec iudayca corrupta est. que vsq;
in hanc diem cuz greca & latina traductione concor
dat/ difficillima ac pene impossibilis fuisset corruptio in tot
manibus. Mahumetei bene fuit vnū codicem corrumpere
& illuz tanq̄ veruz his tradere. qui sibi ab initio crediderūt:
Quod si multi sunt hodie apud vos codices vnius continentie.
non tn̄ idcirco veritas in eis est: Ab vno eniz qui falsus erat
emanantes omēs falsitatez continet. quia nō defluūt
ex amaro fonte dulces riuuli: Querimus ex te magne prin
ceps/ si te iudice duo rationuz codices afferantur. quoruz
alter ex altero transcriptus existat. & in eo de quo ē facta
transcriptio Sempronius mille debere talenta. scriptus ē
in exemplari duo millia. cui potius fidem dabis? An nō
exemplo magis q̄ exemplatori hebrei parentes antique le
gis existūt. & apud eos exempla legis habent. apud alios
exemplaria: Rursus ex te querimus. Quatuor inueni
unt rationuz libri apud quatuor negotiatores Seyum
Gayum. Ticium. & Sempronium. In eo quez Sempronius
producit creditor ipe in centuz talentis scriptus īuenit.

tn alijs debitor, cui credes? quid respondebis? An nō tres
libros vni preferes? Certe non dubitabis preferre. Si ita
iudicas soluta questio est. Quatuor libri vetus habent
testamentuz. vnus est hebreorum. alter gentiliuz. Tertius
christianorum. vltimus Sarracenorum. qui a ceteris discre/
pat, mendax eniz est: Nam reliqui conformes inueni
unt. Nam & greci qui gentiles erant ante xpi aduen/
tuz, & latini ante Mahumetem, vetus testamentuz non
alio modo habuerūt q̄ nos hodie habemus: hoc fortasse
inficiari posses. quia non reperiūtur hodie gentiles qui
bibliothecas habēnt veteres. Sed interroga iudeos inue/
nies vera esse que dicimus: & adhuc existat Josephus
hebreus. qui translationem antique legis in manu ptho/
lomei quez nominauimus, gentilis hominis, attestatur
factaz, ex qua postea traductiones emanarūt. que vsqz
in hanc diem perseuerant. & veritati hebrayce quadrāt.
S tulta est igitur Mahumetis fictio & turpis inuentio,
nec q̄cq̄ habet verisimile. nec tam confutatione q̄ irri/
sione digna est: Quod dicimus de veteri testamento.
Idem licet de nouo intueri: Quod nec ab vno scriptuz
est. nec in vna lingua. nec in vno loco. nec in vno tem/
pore. & tamen vna sententia est & mira concordia: Qd'
greci habent. hoc latini. hoc hebrei. hoc Armeni. hoc
omnes barbari christuz colentes, quamuis heretici
aliqui ad tuendos errores suos, corrumpere nonnullos
codices ausi fuerunt: Quid ages? quid dices? Cui fi/
dem adhibebis? an soli Sarraceno? an Latino & Gre/
co & hebrayco? Multo antiquior est christiana lex
q̄ Sarracena: Misit christus adhuc in terris existens
discipulos suos in orbem vt predicarent Euangeliuz

omni creature. Audita est in omni terra Euangelii
tuba. sicut scriptum est. In omnem terram exiuit sonus
eorum. & in fines orbis terre verba eorum: Vulgata est et
recepta lex christi per totum Romanum imperium pri
usquam tuus legifer prodiret in lucem. Et idem Euange
lium quod nunc habemus. omnes gentes suscepere.
nec fuit maioribus nostris aut facultas corrumpendi
rem adeo vulgatam / aut necessitas. cum non esset
Mahumetes. cum quo de fide contenderent. Corrup
tio ei necessaria fuit qui nouam legem edere voluit
veteri & noue contrariam: Nec dubium faciet iustus
iudex / quin christiano maior fides adhibenda sit de christi
lege quam Sarraceno. Ipse enim conseruator est sue legis. & manet
in traditione patrum. Sarracenus ab ea recessit. & inuen
tiones sequitur nouas. quas sui maiores ignorauerunt. Euan
gelia apud nos quatuor recepta sunt. que summa dili
gentia. ingenti studio. & acri discussione sancti patres
in generalibus concilijs non prius amplexi sunt. quam esse
verissima multis modis recognouerunt: Non est igitur
quod tuus legifer de corruptione sacrarum litterarum possit
obijcere. De ciuitate domini que est ecclesia inquit
in psalmo David. Deus fundauit eam in eternum: Non
esset fundata in eternum / ecclesia. si fundamentum eius
quod est Euangelium violari aut corrumpi potuisset / nec
verum fuisset quod ait propheta Baruch. loquens de lege
dei: Lex que est in eternum: Nec illud staret quod dicit
I neternum permanet verbum tuum. & in seculum seculi veri
tas tua: Nec ysayas vera fuisset de christo loquutus dicens.
S uper solium david. & super regnum eius sedebit vt con
firmet & corroboret illud in iuditio & iustitia amodo

et usque in sempiternum: Nos Gabrieli angelo credimus
qui de christo Marie virgini sic ait. Dabit illi dominus deus
sedem david patris eius et regnabit in domo Iacob in eternum:
Quomodo regnat christus in domo Iacob nisi per fidem? Quo-
modo per fidem nisi per evangelium? Quomodo per evan-
gelium in eternum si corruptum est evangelium? Mendax
lingua. falsa calumnia: Ego vobiscum sum dixit dominus usque
ad consummationem seculi: Et Osee prophete verba ad eccle-
siam referunt. Sponsabo te mihi in fide usque in sempiter-
num: Et ad Petrum vicarium suum inquit Salvator. Tu
es Petrus. et super hanc petram edificabo ecclesiam meam.
et porte inferi non prevalebunt adversus eam: Et iterum
Rogavi pro te petre ut non deficiat fides tua. prevaluisset
porte inferi. et defecisset fides petri si falsum esset evange-
lium quod sequimur: Sed manet fides magni pastoris
in ecclesia Romana que numquam inventa est errasse. neque
errabit in eternum: Magistra est enim et mater omnium
fidelium et discipula veritatis: Cave Mahumetes cave
magne princeps. ne sequaris errorem Porphirii Siculi
qui tue legi consona dixit. Is ex christianissimo ad ydo-
la transiens ait se deos consuluisse quid de christo senti-
rent. et illos respondisse. bonum virum fuisse christum.
sed peccasse discipulos eius qui divinitatem illi attribue-
runt. quam sibi ipse numquam arrogasset. hoc deorum testi-
monium est. idest ydolorum. que tu demonia esse non du-
bitas. An non intelligis fraudem? An non vides tui
legiferi et demonum unum esse argumentum? unam collu-
sionem. unam fallatiam. et christo dyabolum invidere.
eiusque glorie et maiestati detrahere? cuius consilio atque
suasu tua lex edita est. evangelice atque mosayce con-

traria: Dices parimodo christianam legem Mosayce ad
uersari. nam que iussit Moyses/plurima vetat. permittens
que ille vetuit: Nescis antique legis archana que diu gra
uida fuit/nouam in vtero gerens/ & cum statutum diuino con
silio tempus venit/eam peperit. Vidit hyeremias per spiritum
legem hanc nouam cum ait. Ecce dies venient dicit dominus
et feriam domui israhel & domui iuda fedus nouum non
secundum pactum quod pepigi cum patribus eorum. Sed
hoc erit pactum quod feriam cum domo israhel. Post
dies illos dicit dominus dabo legem meam in visceribus
eorum & in corde eorum scribam eam. & ero eis in deum: No
uum fedus inquit. quia baptisimus circumcisioni suc
cessit. Et legem meam inquit in corde eorum scribam. quia
vetus lex in tabulis lapideis scripta fuit. noua per carita
tem in corde hominum radicata. Et ero eis in deum: quia
noue legis auctor. & promulgator christus deus & homo
est. Antiqua per Moysen innotuit tantum hominem. Et
adueniente perfecto/euacuatum est imperfectum.
Nec amplius in preputio nobiscum deus. sed in corde
paciscitur/dicente apostolo. Si circumcidamini. christus
nihil vobis prodest: Nec vlterius cerimonie legis habent
locum: venit enim ille de quo loquitur in deuteronomio.
Moyses. Prophetam de gente sua suscitabit tibi deus: ip
sum sicut me audies: Et subdit. Ponam verba mea in ore
eius. loqueturque ad eos omnia verba que precepero illi. De
christo hec propheta est. qui loqutus est ex ore dei. quod
videlicet erat os suum. in cuius aduentu legalia & ceri
monie desitura erant: Sicut apud Matheum scriptum
est. Lex & prophete vsque ad Iohannem: Sacramenta
enim que veteres obseruabant adnunciatiua erant

venturi christi: que in eius aduentu completa cessaue-
runt. & alia instituta sunt virtute maiora, veritate me-
liora: actu faciliora: numero pauciora: Et sicut sacerdo-
tium mutatuz est sub cuius administratione lex erat.
ita & legem mutari oportuit. Est igit aduersa veteri
noua lex. que in eius ventre conclusa erat. et aduenien-
te christo. & Euangelij luce clarescente. patefacta cir-
cumcisiōi & alijs cerimonijs antiquitus obseruatis.
sicut prefinituz erat finem imposuit: Est aute christi-
ana lex tanto dignior q̄ iudayca. quanto nobilius
est oraculuz dei quaz hominis: Cognoscis iam nisi fal-
limur veritatem & maiestatem nostre legis. nec vtili-
tatem ignoras: incipisq3 de tua diffidere. & ardes desi-
derio disputandi. vellesq3 cuncta discutere. Sed ob-
stat legifer tuus, & inquirere verum prohibet. et inter-
minatur. & clamat. Non est mea lex que disputatiōi
subicienda sit. Caue ne quid loquaris. Arma sunt in
manu tua. dum mihi credis multuz imperij adeptus
es. Qui non audiunt meam vocem. gladio conte-
rendi sunt. Ensis mee legis dignitatem tuetur:
In Arabia ortus eius fuit ex paruo principio q̄tuz
creuerit vides. Egyptum adieci mee legi. & Syriam
& Mesopotamiam. & Lybiam & Numidiam. & Mau-
ritaniam. & partem hyspanie. & diuitem Asyam.
& doctam Greciam. & fortem Traciam. & nobilem
Macedoniam: Sunt & alie q̄plurime regiones
sub imperio mee legis. que armis non verbis quesite
sunt: Muliebre est verba verbis refellere. viri ferro
decertant. Si non fuisset vera mea lex. nō dedissent
superi imperio nr̄o tantos successus. Amat nos deus

et legis odorem sentiens gratulatur et sternit victoriis tuis. S
cis quam feliciter sepe in hostes pugnasti. et modo in ponto,
et sepe in Eretria: En fili quid cogitas? Quid moliris?
tot triumphis sub mea lege illustratus christum sequeris?
cuius cultores stravisti totius et ad internitionem usque
cecidisti: Caue ne meam relinquens legem relinquaris
a deo. Credimus his te verbis non paruum commoueri. et
aliquem inesse in tua mente timorem: Sed audi quam
inanis est timor? Omnis qui malum facit inquit
in Euangelio veritas, odit lucem. fures noctu domos
perfodiunt. et in obscuro adulteri latitant. Non ad
hibent testes qui peccant. nolunt deprehendi menda
ces. Cum his sentit tuus legifer: veretur ne disputan
do sue legis vanitas innotescat: veretur ne pudenda
sua detegantur. Prohibet disceptari verbis. armis de
fendi suam legem iubet: Nec alium iudicem quam ferrum
deposcit. multumque gloriatur de sue legis incremen
to. Diximus cur creuerit. plebes voluptas allexit, neque
inficias imus, multas tue gentis victorias partas
et ingentia confecta bella. et tu ipse in preliis clarus eua
sisti. Vicisti hostes non paucos et triumphasti
sepe: fuisti tamen aliquando victus. parua christi
anorum manus. tuas ingentes copias ut ante dix
imus apud confluentes Sauum et Danubium
paucis ante annis deleuit: Non milites veterani non
duces in bellis ante probati. non viri nobiles armis
potentes et equis. Sed pauci cruce signati ex agris
collecti inermes et nudi. fide tantum armati. ferro
fulgentes et auro tuos fuderunt exercitus: Quod
si victoria veritatem legis ostendit. hoc uno prelio

satis admonebare. in quo multi fugerunt paucos: Hec vic
torie nihil miraculi habent. ad quas nunquam sine gran
di tuorum prerogatiua ventum est. Sed quid agimus? non his
argumentationibus stat recta fides. vici: fudi hostes:
imperium teneo: Si sic licet arguere: vera fuit sub Alex
andro magno tot victorijs illustrato. & sub eius succes
soribus religio. qui & Grecia & Asia & in Syria & in Egyp
to: & in Lybia: & in Perside: & in Scythia: & in India. reg
nauere/imperio per arma quesito: vera etiam romanorum
fides vsque ad priorem Constantinum: qui orbem sibi
ferro subiecerunt. & omnes domuere. quas adiere gentes.
S Scimus tamen & Alexandrum & eius heredes & Romanos. &
qui sub eis erant. Iudeis exceptis ydola coluisse: alij Iouem:
alij Martem: alij Mercurium: nonnulli Solem & Lunam
& alia sydera: Multi etiam vt Egypcij animalia bruta
colebant: Quis nescit inquit vnus ex poetis Volusi
Bythinice qualia demens Egyptijs portenta colat? Cro
codillon adorat: & quod stultius fuit. & allium & por
ros. & cepe. inter numina posuere: Preclare tamen
Egyptiorum victorie memorantur: Sicut de Osiride
proditum est. qui victor peragrauit orbem: Ergo et
deos egyptiorum recipiemus. & veram eorum religionem
fatebimur. quia vicerunt? Non sic ratio suadet neque
Iudei censere. qui victi ab Assyrijs & ab Anthyocho.
& a Romanis & in seruitutem ducti. non tamen victo
rum leges de dijs acceperunt. Sed victi & angariati
& mille modis oppressi in sua lege manserunt: nec nos
christiani cum prelio superamur. aut alijs calamita
tibus affligimur. legem nostram aut relinquimus
aut accusamus: Sed arbitramur pium deum nos

tanq filios propter peccata que comittimus euerbera
re quia non paremus Euangelio. non seruamus legem
nostram. nec manemus in traditionibus sanctorum
patrum. Sed victi fragilitate aberramus & labimur
vt homines. ipse vero lapsum corrigit. & plagis multis nras
iniquitates emendat. Cognoscimus errata nra. & consi
derantes que fecimus/minorem esse penam quam de
lictum non ignoramus: Si cadimus in bello. si amittimus
regnum. si iugo seruitutis opprimimur. dicimus cum Da
niele propheta. Deum esse in celo qui reuelat misteria:
mutat tempora. & transfert regna. vt vniuersi cognoscant
quod dominatur. excelsus in regno hominum. & cui volu
erit dabit illud: Nouimus deum & iudeos & christianos
posse cum velit. & voluisse aliquando alterius secte homini
bus subicere propter offensas populi qui eum ad iracun
diam prouocauit. Sed conuersi ad eum non desperamus
misericordiam consequi: Quamuis enim et irascitur deus
vt inquit propheta non tamen obliuiscitur misereri Pius est
& benignus. nec deserit clamantes ad se: Absit autem vt propter
victoriam meliorem esse credamus religionem victorum: Sic enim
fatendum esset omnes qui vicerunt hebreos/melius de deo sen
sisse. quam ipi victi: quod nec tu diceres. neque tuus legifer
qui defensionem sue traditionis in armis collocat. & omne
genus ratiocinationis effugit. maximum iniquitatis indi
tium. Non sic beatus Petrus qui donatus a christo domino
celestis regni clauibus. & pastor constitutus gregis christia
ni paratum se ait rationem omnibus reddere de ea que
erat in eo fide. nec aliter suos auditores edocuit: Et Beatus
Laurentius martir. Mea nox inquit obscurum non habet.
sed omnia in lucem clarescunt. Et in Euangelio non probat

dominus eum qui lucernam accendit & sub medio ponit.
S uper candelabrum eam esse vult. ut luceat omnibus qui sunt in
domo. & predicari super tecta verba sua iubet. Et de seipso
dicit. Ego palam loquutus sum vobis. Deceptores & pseudo
prophete in angulis predicant. In occulto enim deo suo sacri
ficantes. nullum flagitium libidinis omittebant. Quod si
alia non essent aduersus tuam legem indicia. hoc unum
sufficere potuit. quia prohibuit eius lator. ne quis in dispu
tationem veniret. Sciebat non equa esse neque vera que tra
diderat. Videbat veterem & nouam legem contra se sta
re. Intuebat philosophorum acutissimas rationes sibi ad
uersas esse. nec sperauit, in cetu hominum. aut in sco
lis virorum excellentium sua deliramenta posse defendi. Ani
maduertit homo sagax & ingeniosus in malo. gentiles
qui deos colebant dampnatos esse. & iam prope modum
exterminatos. nec Iudeis locum esse quorum lex translata
esset cum sacerdotio ad christianos. Cumque statuisset
nouam legem edere que sibi nomen daret. sperauit
quod euenit. iratum deum christianis qui sue legis
mandata transgrediebant. aduersus transgressores
victoriam concessurum. atque idcirco sue legis defensio
nem in armis collocauit. quam alioquin hominibus
gratam propter licentiam voluptatum non ambiebat.
D yaboli hoc fuit inventum antiquus hanc viam sue nequi
cie serpens excogitauit. qui cum vidisset sese procul
eijci. & christiana religione augescente. ydola deleri.
nec amplius deorum multitudini locum esse. sed unum tantum
deum adorari cum patre & spiritu sancto christum
ihesum. Heraclio imperante Mahumetis spiritum
excitauit. eumque sibi ministrum elegit. hominem ritu

prius ydolatram. fortuna pauperem. mente superbum.
natione Arabem. qui consilio usus quorundam iudeorum et
christianorum peruersorum. Inter quos fuit Sergius spiritu
ambitionis inflatus. legem tertiam edidit ex veteri et
noua conflatam multis ineptiis extrinsecus adiectis.
legem diximus. quia ipse legem vocat. nos blasphemiam
rectius appellabimus. Rugasti frontem. auertisti ocu-
los. horruisti turbatus. subiratus es. dum hec dicimus.
At si veritatis amicus es. audienda est veritas. nec tu-
us legifer si tibi amicus est veritatem interdicet. que
tanto magis amica est. quanto salubrior. et homini
ab ipsa natura conuenientior. Audi verum et disce quo-
modo sit appellanda lex. Legem dicunt esse phylosophy

Lex quid sit

quod ratione precipit. et sunt qui nil aliud legem
esse affirmant. quam rectam rationem a diuino numi-
ne ductam. Quicquid igitur rationi aduersum est.
legis nomine caret. At tuus legifer ratiocinari de
sua lege prohibet. et solum arma illi suffragari uult.
Non est igitur dicenda lex. nisi ex illis quarum auditores
apud ysayam dominus maledicit. Docet nos David
cognoscere legem domini. dum ei que propria sunt ex-
ponit. Attende et videbis an Mahumetea lex de celo
sit. et an numine tracta diuino. an aliunde. Lex domini
inquit propheta immaculata conuertens animas.
testimonium domini fidele. prestans paruulis. Imma-
culata est lex domini quia mala queque excludit.
nec libidinem. neque turpitudinem ullam admit-
tit. Sicut apud eundem prophetam. Eloquia do-
mini casta dicuntur. Et apud Iob legitur. Non inue-
nietis in ore meo iniquitatem. nec in faucibus meis

sapientiam

stulticia personabit. Et Aplus Lex sancta inqt
& mandatuz & mandatuz sanctuz & iustuz & bonu:
At quomodo Mahumetea lex inmaculata. que stupra.
& adulteria. & omnes libidinuz maculas ac feditates
admittit: Dices. quia ieiunia quedam precipit et
orationes & elimosinas / non damnamus hec / Absit
vt ea mala dicamus / Inuentorem eo4 Mahumetem ee
negamus / absq3 Mahumete sciebamus hec esse bona.
ieiunauit Moyses: ieiunauit helyas: ieiunauit et
christus. orare & frangere esurienti panem suum:
& egenos & vagos in domum educere. multo antiquius
est. quaz tue legis inuentum: Multi nos legislatores
ad opera pietatis inuitauerunt: verum adulterari.
fornicari. seruire ventri. & in ceno voluptatuz inere
re. solus tuus legifer inter bona collocat: Solus Ma
humetes est qui turpia docet. & flagitia precipit.
quamuis hereticou more vt facilius decipiat. bona
simul & mala conmiscet: At lex que domini dicitur
vt inquit propheta. animas conuertit. quo con
uertit: ad deum conuertit. ad suuz creatorem.
ad summuz bonum. ad vltimuz finem: At lex
Mahumetea non conuertit ad deuz. sed auertit
ab eo: Dicit enim deus. Estote sancti. quia ego sanc
tus sum: Mahumetes vxores inquit ducite et
concubinas. quot placet. nam ego quadraginta
virorum in meis lumbis vires habeo. & vxoribus
atque ancillis permisceor plurimis: Quid de testi
monio fideli. cuz data est Moysi lex dni in mon
te Synay. fulgura & choruscationes apparuerunt.
& signa de celo que testimoniuz legi preberent:

Luxuria libidinis Mahumeti

Lex christi miraculis admoduz multis confirmata est. dicente ipo. Si opera non fecissem in eis que nemo alius fecit peccatuz scilicet infidelitatis non haberent. & propterea de veteri & noua lege inquit dauid. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis: Et in Euangelio Luce circa finem legimus. Illi prophete predicauerunt vbiqz domino cooperante & sermonem comprobante sequentibus signis: At Mahumetis legem que miracula pbat.

Audiamus eum. Non sum missus inquit nisi in virtute gladij. vt qui non susceperit meam prophetiam occidatur aut reddat tributum. precium pro infidelitate sua. qd hoc est. nunquid sic manifeste negat se miraculoz virtute carere. & ficta falsaqz esse omnia signa demonstrat que tue legis doctores in populis predicant. Non habet igitur tua lex testimonium nisi in armis. sed id non est fidele. vt ante docuimus: Ad vltimum transeamus. & quomodo sapientiam prestet paruulis. idest populis tua lex animaduertamus. Sapientia vt antiq tradiderunt diuinaz & humanaz reruz scientiaz continet. estqz admoduz sapida & dulcis/amorem diuinitatis dum mentibus nostris instillat. Propter quod instillat Psalmigraphus. Quaz dulcia fauci bus meis eloquia tua domine super mel ori meo: Tua lex neqz de deo sapit. neqz de celestibus. neqz terrena satis intelligit. que putat superis cure non esse. Magna olim & florida in Alexandria phylosophoz scola fuit. & multi per Syriam & Asyam viri doctissimi claruerunt. quoz nomina ad nos vsqz peruenerunt.

At postquaz lex Mahumetea cursum habuit paucissimi nominantur qui nature archana perscrutati

excellentes euaserint. quia non prestat paruulis sapi-
entiam tuus propheta: aut tua lex: cuius fundamen-
tum voluptas est. & tutela gladius: Inter nos uo libe-
raliuz artium studia admodum florent. Legitur publice
phylosophya: auditur in scolis theologia: nulluz doctri-
ne genus pretermittitur. Gymnasia lictera4 in plu-
ribus Italie ciuitatibus clarissima reperiuntur: Nec
transalpes In hyspania. In Gallia. In Germania. In Bri-
tannia collegia desunt viro4 excellentium qui sapi-
entiam prestant paruulis. Est eniz ingens christia-
no4 cura. vt indocti erudiant. & veritatem intelli-
gant in nostra lege que nunquam mentita est di-
uinitus comprehensam: At legifer tuus non modo
mentitur. sed leuiter. sed indocte. sed imprudenter
sed insipide mentit. & sibiipi sepe contrarius est. que-
admoduz sue legis inspector plane intelliget. Innu-
merabiles sunt eius ineptie. & aniles fabule & pueri-
les nuge. de quibus libet hoc loco pauca referre. que
de ceteris indicium prebeant: Exponens Mahumetes
capituluz Alcorani. quod dicitur filioruz Israhel in
hanc sententiam loquitur. Sit laus ei qui seruu suu
ab oratorio quod est helcarara (ipa est domus Mesche)
vsqz in oratoriuz sancte domus hyerusalem nocte
vna transtulit. circa quam benediximus deuz. O. vos
homines audite & intelligite. Cuz abij a vobis venit
ad me Gabriel sero. post psalmodiam vespertinam que
vltima est. & ait. O Mahumetes iubet deus vt sedeas
adeas. Cui respondi. Et vbi eam visurum: Et ait Ga-
briel. vbi ipse est. Et iumentum illico adduxit mag-
nitudine inter Asinum & Mulum. elberahil vocant.

humane vocis capacem. & vna non amplius hora iter egi annorum quinquaginta milium. Et ait Gabriel. Ascende animal & ito ad sanctam domum. Ascendere volentem fugiebat iumentum. at iussum stare quia Mahumetes ascensurus esset. nunquid accersitus est inquit? Et respondente Gabriele accersitum esse. non sinam addidit nisi pro me deum rogarit. Obtuli preces deo meo pro iumento. quod me residente suaui gressu incessit. ponens vngulam pedis anterioris in orizonte sui visus. & minori spatio quam ictus implet oculi. ad sanctam domum perueni. Comes aderat Gabriel qui duxit me ad domum sanctam hyerusalem & vicinam rupem. dixitque descende quoniam ex rupe in celum ascendes. & colligato illic iumento portauit me humeris suis in celum. Et cum applicuissemus ad celum mundi. & ad portam eius pulsauit Gabriel. & quesitum est quis esset. Et respondit Gabriel Ego sum. Et iterum querenti quis tecum adest? Respondit Mahumetes. Et subdidit Janitor. nunquid vocatus? Et ait Gabriel. vocatus. & aperta est porta. & vidi Angelos. & bis genua flectens oraui pro eis. Et accepit rursus Gabriel & vexit ad secundum celum. & fuit distantia inter celum & celum. quantum est iter quingentorum annorum. Et sicut in primo celo pulsatum dicit & responsum: pari solemnitate ad septimum vsque celum procedit. equam distantiam celorum ponens. Et ait in septimo celo vidisse se angelorum populum. & longitudinem angeli cuiusque instar mundi fuisse. & aliquorum mille vicibus extensiorem. & inter eos vnum aliquem inuenisse cui septies centena mille millia essent capita. & in quolibet capite totidem ora. & in quolibet ore

totidem.

totidem lingue. que septingentis mille millibus idioma-
tibus laudabant deum: Et rursus alterum angelum offendisse
qui fleret & quesiuisse causam fletus. & cum ille dix-
isset culpas esse. orauit pro eo & addit. tunc commen-
dauit me Gabriel alij angelo: & ille alij: donec fui in
conspectu dei. & tribunali eius adhesi. tetigitque me ma-
nu sua deus inter humeros. & frigiditas manus eius per-
uenit usque ad medullas dorsi mei: His nugis atque deli-
ramentis implet Mahumetes aures populi: Sed audi-
amus alteram fabulam. In libro cui titulus est de doc-
trina Mahumetis: duo angeli nominantur Arotes & Ma-
rotes. quos ille asserit iussu dei in terram descendisse. ut
genus humanum regerent atque instruerent. tribus
mandatis acceptis. primum ne quemquam occiderent. al-
terum ne quid iniuste decernerent: tertium ne uinum
biberent: Cum aliquamdiu rexissent. & iam ex toto orbe
ad eos iudicia deuoluerentur. Mulier quedam decenti
forma & omnium pulcherrima aduersus maritum suum
causam habens. iudicium ab eis petijt. atque ut fauen-
tes haberent iudices & apud se prandium habeant.
multis precibus inuitat. Non abnuunt angeli, paratur
splendidum conuiuium, epulas & pocula. mulier ipsa
ministrat. apponuntur fercula multiplicia. & cum
his uinum. quod cum angeli recusarent. instante se-
pius muliere. & multas adijciente blandicias. tandem
biberunt. & inebriato uino. in hospitam incaluerunt.
eiusque concubitum postularunt. Spondet mulier ea
conditione. ut alter eorum ascensum in celum ostende-
ret. alter descensum: placet conditio: Illa ut iter didi-
cit. mox ascendit in celum: relictis atque irrisis angelis

quam deus recognita inter sidera collocavit cui Lucifer
est nomen. Angeli ad iuditium evocati cathenis ferreis
in puteo profundissimo religati sunt usque in diem iuditii per-
mansuri: cum elegissent in hac potius vita quam in altera
plecti. Hec est sapientia Mahumetis quam docet par-
vulos. hec eius theologia. hec doctrina divinitus revela-
ta. Mira hominis audatia: ne dicamus stulticiam seu
dementiam. Quot sunt in his fabulis deridenda som-
nia. Non obiurgamus iumenti verba. quando et asinam
sacre litere loqutam produnt. et gentiles bovem. Sed
quid est quod una hora iter quinquaginta milium
annorum pergitur? Metire hec et diligenter cogita. an cor-
pori nondum glorificato id possit accidere? quo ivit?
ubi fuit? quid circuivit? non adhuc celum ascende-
rat. quibus in locis tantum spatii peragravit. nec iume-
tum eum tulit. Quis eum tulit? unde venit? quomodo ve-
nit? nihil horum dicit. quid peccaverat iumen-
tum. ut precibus egeret? cui non est lex alia nisi na-
ture et illi paret. Quid hostiarius in celo collocatus
rogamine Mahumetis egebat? An non satis felix erat?
fortasse altius cupiebat ascendere. tamquam non sit illic
perfecta omnium beatitudo. et regnet adhuc ambi-
tio. Distantiam celorum ostendit, et sperarum. quanta sit
crassitudo demonstrat, quingentorum annorum iter ex ce-
lo in celum ponit. et parem omnium spissitudinem.
Quid hoc? Quis credat? Gentilium fabulis simile som-
nium est. Aiunt illi dyonisiodorum quemdam Crydii
Geometrie scientie nobilem in patria senectam
diem obiisse. propinquas funus ei duxisse. ad quas
pertinebat hereditas. has cum sequutis diebus iusta

peragerent inuenisse in sepulcro eius Epistulam Dyo-
nisiodori nomine ad superos scriptam. que diceret eum
a sepulchro ad infimam peruenisse terram. esseque illuc usque
quadraginta millia stadiorum: Nec defuerunt Geometre
ut plinius ait. qui interpretarentur significare epistulam
a medio terrarum orbe missam. quo deorsum a summo lon-
gissimum esset spatium. et idem pile medium. Ex quo
consequta computatio est que circuitum terre. id est
totius pile ambitum ducenta quinquaginta quinque
millia stadiorum pronuntiauit: Sed Armonica ratio
que cogit rerum naturam sibi ipsam congruere.
Eodem plinio teste addit huic mensure stadiorum
septem millia: Heratostenes huiuscemodi rerum solertis-
simus indagator. Uniuersum terre ambitum ducentorum
quinquagintaduorum milium stadiorum prodidit
Hypparchus stadiorum paulominus uiginti quinque
millia adiecit. Reperiuntur et aliorum sententie admodum
dissone. neque in hanc usque diem mortali cuipiam satis
exploratam credimus terre mensuram. Cuius neque
septentrionem neque meridiem uersus cogniti fines sunt.
At tuus legifer maiora concepit animo. qui tanquam celum
ascenderit quingentorum annorum itinere distare celum
a celo prodidit. quoniam tanta esset crassitudo sperarum:
Hoc idem dicebat Asserit Rabbi Moyses hebreus gene-
re phylosophus. qui apud Egyptios claruit: At phy-
losophi quos nostri probant non ita sentiunt: Nec
Ptholomeus Alexandrinus Astronimorum facile prin-
ceps. de crassitudine lunaris spere cum tua lege concor-
dat. In qua iter annorum sexagintanouem et aliquorum
mensium ac dierum posuit. milibus passuum uigintique

seu stadijs ducentis pro qualibet die computatis: Alij vero Astronimi qui hec diligenter indagauerunt. speram solis plusquam sexcentis vicibus superare lunarem tradiderunt: Rursusque martis speram quanto sole altior est. et longe maiorem habet ambitum. spissitudine tamen multis vicibus superari. improbum humane mentis ausum. verum ita subtili argumentatione comprehensum. ut pudeat aliquos non credere. plurime hec incerta respuunt: Tuo legislatori fortasse credendum fuerit. non quia illic angelo bono deferente conscenderit. sed quia cum peruerso ceciderit. quod si hac de causa fidem expetit credimus. alioquin cum sacra scriptura dicimus. celum sursum: et terra deorsum. et cor regis inscrutabile est: Sed alia percurramus. Angelos mundo maiores se vidisse affirmat. eosdemque corporeos. si mundo maiores angeli sunt necessarium est aliquam eorum partem extra mundum esse: At phylosophi mundi circumflexu omnia contineri dicunt. neque quicquam exterius esse.

Tuus legifer quando aliquid solito plus adbibit. sopori deditus: quicquid somniauit. pro vero retulit. et omnia sibi licere putauit. quo errore et angelos corporeos et peccare et egere venia. et se rogasse pro eis dixit: Simili somnolentia tactum. se super humeros affirmauit manu dei. cuius gelu usque ad dorsi medullas penetrauerit. que omnia superius confutata sunt. Quis illud pacienter audiat: quod angeli dei vino inebriati. specie mulieris decepti. concubitum eius appecierint. que iter in celum edocta: ad conspectum magni dei peruenerit. et honore accepta inter astra locum obtinuerit. Angeli penas dederint. atque idcirco vinum

homini interdictum. quod tanti mali causa fuerit.
C ommemorat hec tuus legifer. & tanquam ex penu dei
recepta hominibus inculcat: Vide quam grauiter. quam
vere. quam perite loquitur. Poetarum figmenta que pue
ris leguntur inter archana legis inserit: Pueri nostri
non sine risu audiunt. cum rapte in celum femine refe
runtur. & in astra commutate que maior & minor
versa vocantur. pigri circa sarrara Boete lucentes. Cre
dimus pro tua sapientia te iam paruifacere atque con
temnere tue legis figmenta. Sed mirari vehementer
quod in dies aliqui relicto dogmate christiano ad tuum
migrant. & asserentes iniquam legem nostram am
plexi tuam circumciduntur. & tuis initiantur sacris.
& qui trinitatem predicabant. nunc detestantur.
E t qui christum crucifixum colebant. & laudabant.
nunc derident. Sunt qui hoc agunt non dubitamus?
S ed qui nam homines? Sane aut libidinis serui aut
ambitionis. & quibus nullus erat locus in nostra lege.
spreti a nobis & eiecti tanquam vilia & inutilia man
cipia ad te transfugerunt. nec tamen illos inextin
guibilis conscientie vermis rodere cessat: Quod si
posses eorum introspicere corda intelligeres proculdubio eos
aut vite future spem nullam habere. aut admodum esse
anxios: quia fontem aque viue reliquerunt christum
Ihesum. & nesciunt quo pacto redeant maius suum pecca
tum existimantes quam dei misericordiam: Sed quid mi
raris si ad opes consequendas: ad voluptates exhaurien
das. nonulli tue legi sese subiciunt. Non est in hoc no
uum neque dignum admiratione: Idem quoque & Sarra
ceni faciunt qui sepe ad nos migrant: Illud est memo

vrsa
af


rabile. illud stupendum illud magnopere celebrandum quod
tot millia populorum christiano insignita nomine sub tuo imperio
degunt. grauia tributa pendunt. nunc liberis priuantur.
nunc coniugibus. opprimuntur durissima seruitute. Lacerantur
vexantur mille modis: nec tamen christiane legi renunti-
ant. Quod si tuam acciperent. mitius ferrent imperium.
fierent liberi. honores et opes sperare possent. sed malunt
tollerare seruitutis iugum. et in squalore ac miseria vi-
uere. quam christum negare. hoc stupendum est. et
diuinum opus. et quod te precipue mouere debet. non
quod pauci de nostra lege aberrent: sed quod tam multi
in ea perseuerent. et tanta sit vel in aduersis constantia
est. miraculum est: facit hoc bonitas legis et securitas eter-
ne vite. quam nemo sapiens presenti postposuit: Quid tu hic
dicas? Quid contra hiscere ut mutire poteris? vera est
christiana lex. ex utero recepta Mosayce. ex prophetis. ex
diuinis oraculis: Deus auctor eius est. filius dei eam tradi-
dit. ex ore dei manifestata est. pura est et nitida et imma-
culata et sancta. perfecta est ex omni parte: nullam ha-
bet rugam: nusquam deficit. nusquam claudicat. in ea
qui querit inuenit. qui petit accipit. et pulsanti aperi-
etur: Ipsa est fons clementie. iusticie culmen. pietatis
speculum. mansuetudinis et misericordie plena: pro ea
martires innumerabiles sunt occisi. Senes. iuuenes. pu-
eri. Matrone. vidue. virgines. innupte puelle. crudelia
carnificum non expauere tormenta. scientes beatos
esse mortuos qui moriuntur in domino: Preterimus
signa et prodigia que certitudinem christiane legis
ostentat. Quis viros commemorare queat ex christia-
no genere diuini et humani iuris excellentissimos

professores: vera mundi lumina scientie fontes. qui
usque ad mortem in fide christi perseuerantes preclara
volumina ediderunt. que tanquam sydera quedam doctri
ne humanas mentes illustrant. Et que nam ullo in loco
lex est. que alterum habeat Augustinum: alterum hyero
nimum: alterum Ambrosium: alterum Gregorium: Et ne
grecos pretereamus. que religio virum umquam habuit. qui
origeni comparari posset? quamuis hic in plerisque locis
errauit: Quis johanni chrisostimo exequabitur?
Quis magno Basilio? Quis Cyrillo? Quis eusebio? Non
sufficiant dies si numerare pergimus illustres nostre
legis doctores. siue viuos. siue mortuos. quamuis non
sunt mortui. Sed nunc maxime viuunt. et tanquam
stelle in firmamento lucent. Qui fidem sacratissime
trinitatis elucidarunt. Quid dicemus de religiosis
domibus in quibus angelica ducitur vita: et assidue pro
peccatoribus effunduntur preces domino: nec umquam
cessant diuine laudes et psalmodie: Benedictus
Nursiensis apud nos multorum monachorum doctor
et pater extitit. Apud grecos magnus Basilius. Sequti
sunt Bernardus Abbas clareuallis. et Bruno qui car
thusiam instituit. Quotidie sanctorum virorum apud
nos augetur numerus. edificantur noua monaste
ria. et sancta renouantur instituta: Quos fructus
edidit Seraphicus franciscus. eximius paupertatis
auctor in umbria. que est pars Italie natus? Quot
enim discipuli sequti sunt? Quot sub eius regula viri
sanctissimi floruerunt? Antonius patauii iacet
miraculis clarus: Bernardinus Senensis in aqui
la: quem nostra etas quasi alterum paulum predicante

audiuit. Nycolay liritani extant opera que omnes ad
mirantur: Dominicus in extremis hyspanie natus oris.
quasi alius vesper emicuit. qui nouum quemdaz sanctu
& nitidum viuendi morem suis auditoribus tradidit. &
predicatorum instituta regula vniuersum illustrauit or
bem: Multi ex discipulis eius clarissimi euaserunt.
Sed precipua est magni Alberti fama. qui nullum doctri
ne genus ignorasse creditus est. Nec minor eo Thomas
Aquinas fuit in litteris. & si maior extitit sanctitate.
claruit & nostro seculo sub eadem regula vincentius
hyspanus. quem noster antecessor inter sanctos christi
confessores retulit. Et in ordine diui Augustini
Nycolaus Tolentinas paulo ante inter celestia relatus
sanctoruz agmina: Noua in dies prole florescit nostra
religio: Quod si non desunt peccatores diuinam pro
uocantes maiestatem. non desunt etiam consiliatores
viri sancti deo accepti. & virgines immaculate precibus
assiduis diuinam iram auertentes: Nec timemus ruinaz
tantis adiuti patrociniis: Tu ergo princeps nobilis qui
non es rationis incapax: neque ingenii obtusi. collige
que diximus. & conserua in mente tua. & consule tibi
& tue genti. & noli esse incredulus sed fidelis: Relinque
tenebras. & lucem sequere. Intelligis quo pede claudi
cat tua lex. & quantis scatet erroribus. & quaz procul
a veritate recedit. & quod non est in ea salus: noue et
antique legis inimica: Intelligis quaz solida est Euange
lica doctrina. quaz vera. quaz sancta. quaz munda &
immaculata. & quod ea tantum iter in celuz ostendit.
& non alia: Intelligis si verba nostra memoria tenes quod
trinitas in vnitate & vnitas in trinitate colenda est.

neq3 altera contradicit alteri: Intelligis quonammodo
pater filium sibi equalem genuit. & quomodo a patre
& filio sanctus procedit spiritus. qui est caritas & amor.
& simul colendus est & deus est. & quod filius pro nra
salute incarnatus mortem tulit. & spoliato inferno ter-
cia die resurgens. quadraginta diebus cu3 discipulis
conuersatus ascendit in celum. sedetq3 ad dexteram
patris. venturus in fine seculi iudicare viuos & mortu-
os. Quo facto. mali perpetui penas ignis subibunt. bo-
ni eternam beatitudinem consequenter. non in car-
nalibus desiderijs. non in turbilibus. aut inpudicitijs.
sed in dulcedine mentis. & caritate christi. que supe-
rat omnem sensum: Ante omnia uo monstratu3 est
non posse te assequi inter christianos gloriam & pote-
tiam. quem videris optare. maxime inter Europeos
& occidentales populos: dum tua in secta perseue-
raueris: Quod si velles christianis iniciari sacris
magnam tibi spem fecimus & potentie & glorie:
Memento igit verbo4 nostro4. & accipe fidele consili-
um. sume baptismum christi. & lauachru3 spiritus
sancti. amplectere sacrosanctu3 Euangelium.
& illi te totu3 committe. sic tuam animam lu-
crifacies. sic turcho4 populo bene consules. sic tue
cogitationes adimpleri poterunt. sic tuum nomen
in secula celebrabitur. sic te omnis grecia. omnis
Italia. omnis Europa demirabitur. sic latine te litere.
sic Grece. sic hebrayce. sic Arabice. sic omnes Barbare
celebrabunt. sic nulla etas de tuis laudibus conticescet.
sic pacis auctor. & fundator quietis appellaberis: sic
te turchi anima4 sua4 repertorem. & christiani sue

vite conseruatorem vocabunt Syri. Egyptij. Lybies. & Ara-
bes. & quecunqȝ sunt alie gentes extra christi caulas. aut
his auditis tuam viam sequentur. aut tuis & christianis
armis paruo negotio domabuntur: Et si noluerint in nrā
lege te socium habere experientur dominum in sua: Nos
te iuuabimus. & omnium eoꝝ assistente diuina gratia
legittimum principem constituemus: Hec sunt que
tibi cum baptismo premia promittuntur. his te bonis
diuina pietas proculdubio cumulabit obsequentem
Euangelio. Quod si respueris consilia nostra. peribit
tanquam fumus tua gloria. & tu more hominum
reuersus in cinerem totus moriere, christus regna-
bit in eternum. Cui est honor & gloria in secula secu-
lorum. Amen:



1497

[illegible]

Michaelus [illegible]

